

REGLER

OE<sup>xv</sup>  
540

RÉSERVE




QUE II


OE xv  
540

ERVE





OE xv 540 Rea



cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

at (a)

22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1





*Oratoriae artis Epitomata: Sive Quae ad consumma-  
nū spectant Oratorem: ex antiquo Rhetorū gymnasio  
dicendi: scribendiq; breues rationes: Nec nō aptus  
optimo cuiq; viro titulus: Insup; p̄q; facilis memorie  
artis mod⁹ Jacobi Publicij Florentini lucubratione  
in lucem editus: Foelici numine Inchoat.*

*Oratoriae institutiones: ex veterū instituto: per Jaco-  
bum Publicium: ad Cyrillum caesarem sanctissimum  
delectae.*



**Q**uis: id operis diligens exāmina-  
tor inspiciat: hoc mente secū facile  
cogitabit: q̄ (vt M̄arci tulij Lice-  
ronis oratorū principe v̄bis orna-  
tissimis vti videamur) non parū in  
se habet fructus: copia dicendi ⁊ co-  
moditas orationis: Si recta intelli-  
gentia ac determinata animi mode-  
ratione gubernetur. Quas ob res  
illa que ceteri inanis arrogantie cā  
sibi assumpsere relinquimus. Nam

illī ne parū multa scisse viderentur: ea conquestierūt: que nihil attri-  
nebant: vt ars difficilior cognita putaret. Nos vero ea que ad rati-  
onem dicendi pertinere videbant sumpsimus: Non enim spe que-  
stus aut gloria moti: ad scribendū venimus. Sed vt industria no-  
stra studiosorū voluntatibus morā geram⁹. Nūc ne nimium lon-  
ga sūmatur oratio: de re dicere incipiemus. Si id vnum et te Cyril-  
lum: ⁊ studiosos ceteros monuerim⁹: artem sine assiduitate. dicen-  
dionō multū iuuare: vt intelligat hanc rationē preceptionis ad ex-  
ercitationem comodari oportere. Itaq; breui hac oratione multa  
v̄ necessaria: que a M̄arco Licerone: que precipue in hoc opere  
imitamur: necnō a Fabio maximo Quintiliano excerptimus: com-

plexi sumus. Quę si tu cyrille z quilibet illis eruditus exercitatio /  
ni accommodauerit: plurimū in arte dicendi se profecisse intelliget.  
Preterea ne rethorices dignitatē et excellentiā silērio preteream?  
De Marci ciceronis testimonium afferamus: in primo de oratore ita  
inquentis. Quid est enim tam admirabile q̄ ex infinita multitu/  
dine hominum vnum existere: qui id quod omnibus natura da/  
tum sit vel solus vel cum perpauca facere possit: Aut tam iocun/  
dum cognitu atq; auditu q̄ ex sapientibus sententijs: granibusq;  
verbis: exornata oratio atq; polita. Aut quid esse potest in ocio io/  
cundius: q̄ sermo factus et nulla in re rudis. hoc enim prestam?  
vel maxime feris q̄ colloquimur inter nos: et q̄ exprimere inter  
nos sensata possum?. Ob quam rem quis hoc iure miretur sum/  
meq; in eo laborandū esse arbitret: vt quo vno homines maxime  
bestijs prestent: in hoc hominib? ipsis antecellat: arte z vsu qui o/  
mnium magistrorū precepta superat. ac ne plura que pene sūt in/  
numerabilia cōsecemur breui comprehendam?. Sic enim statui/  
mus perfecti oratoris moderatione z sapientia non solū ipsius di/  
gnitatem sed z priuatorū z plurimorū z vniuersę reipub. salutem  
maxime contineri. Sed nunc instituti nostri sumanius initium.



Oraticū Lucratē bene appositeq;  
dicere Rhetoricā: pontificij vero ci/  
uilibz iuris interpretes Oratricē dia/  
lecticā dixisse: locuples: papiri? au/  
ctor est. Est enī civilis scientię pars  
qua cum assensione auditoruz scōm  
inores z instituta patrię bene p viri/  
bus dicemus. Iniciali nāq; cōcio/  
nali: sanctionaliq; statu forentes: pu/  
bliceq; cause bene in civilibus que/  
stionibus dicendo comprobantur.

Civilis vero questio dicitur: cum scdm mores: & instituta patris  
dicere poterimus.


*De Ciceronii Questionum: siue Lausarum Generibus.*

**C**ivilium questionum genera tria sunt. Concionalis.  
Sermocinativum: & forense. Forense est gen<sup>o</sup> quod in  
iudicio accusatoris defensorisve parte sequit<sup>r</sup>. Ser/  
mocinativum est quod in laudem vel ignominiam versa/  
tur. Concionalis est qd in deliberando quid sequi  
oportet suadet. horum species sex sunt. hortatio: & dehortatio: laus  
& vituperatio: accusatio: & defensio. Defensio est qua delictum vel  
debitum a nobis remouemus. Accusatio est qua crimen vel alienum  
res in aduersarium impingimus. Dehortatio est non agende rei di/  
suasio. hortatio est agende rei suasio. Vituperatio est rerum ma/  
larum expositio. Laus est rerum bonarum amplificatio.

*De eadem Ciceronii questionum Finibus:*

**Q**uorum fines tres sunt. Concionalis. pro auditorum  
qualitate: Utilitas vel honestas. Sermocinativus  
honoris dignitas. Forensis equitas. Aequitas na/  
turali & singulari iure confluere credit<sup>r</sup>. Cuius non  
modo homines. verum etiam cetera animalia perita cen/  
sentur. honestas perpetuus est honor ad aliquem favore populi  
delatus. Ea habet prudentiam: iustitiam: fortitudinem: & temperantiam.  
Utilitas animi corporis & fortunae comoda aduocat. & incomoda  
propulsat. hos fines in dicendo semper mentetenus habere debe/  
mus: ne erratici veluti & vagi praeter causae nostrae dignitatem con/  
traria sectemur. Communis omnium generum finis est apposite  
dicendi potestas: ut in sequenti figura facile cernere est.

Apposite dicendi potestas



De Civilium questionum elementis et partibus.

**I**n civilium questionum elementa et partes: sine quibus orator nullus merito dici debet: tres sunt. Inuentio scilicet: Dispositio: et Elocutio. Duæ reliquarum facultatū communes et a natura partim contributæ. Memoria videlicet: et Pronunciatio. Inuentio autem dispositio et Elocutio sola arte percipiuntur. Inuentio est verborum: et rerum apta negocijs excogitatio. Dispositio est horum condecens collocatio. Elocutio eorundem est venusta exornatio.

**H**æc Natura: Preceptis imitatione: et Exercitatione facile consequemur. Natura est ingenita vis: et una cum anima cuiusque donata dispositio. Preceptio est recta agendi ratio. Imitatio est emulatio quedam ad bene appositæque dicendum. Exercitatio est iugis dicendi consuetudo.

Inventionis in suas partes divisio  
civilium questionum parte prima.

**I**nventio: in quattuor potissimas Orationis partes resolvitur: in Exordium. Narrationem. Confirmationem et Conclusionem. Partitio enim: que prope narrationem per expositionem: vel enumerationem ponitur: et Confirmatio confirmationis membra sunt: Sine his enim confirmationem nullam vim habere certum est: Exordium est quo auditoris animus priusquam rem noverit ad causam preparatur. Narratio est idonea rerum expositio. Confirmatio est distincta locorum comprobatio. Conclusio est principalium locorum complexio.

De Civilium questionum Qualitatibus.

**I**n civilium questionum qualitas quadripartita est. Anceps enim: admirabilis: honesta: humilisque esse potest. Anceps (in quo principium a benivolentia ducimus) et turpi honestoque commixtum est: ut fortiter facienti uxorem vicini tradere.

Admirabile: insinuatione gaudens: est quod sine infamia defendi  
nequit: vt Sextū aduersum lucretiā defendi. honestum (satis per  
se apud bonos viros valens) dicitur: cū laude res agitur. humile  
(attentum auditorē requirens) est cū perparui res agitur. Cete-  
rum: quoniā in cōcione nōnunq̄z & omnigenū hominū corona di-  
cendū est: Si quando exordiri volumus: honestatē rei vel breui-  
bus quid dicturi sumus exponemus: Sin apud bonos viros dice-  
mus: valida locorum comprobatione: testium: scripture & legis af-  
sertione vtetur.

*De Principio & insinuatione: partibus exordioꝝ.*



Exordium: in principium: & in insinuationē diuiditur. In  
Principio clara beniuolentię captatio: In Insinua-  
tione surrepens: & occulta indaganda est. Cū causę  
turpitudine inest: aut cum auditor est infestus: psua-  
sus vñ defessus: rem pro re: & hominē qui diligit: pro  
eo qui ledit ponemus. Cū enī inuidiose: res: causę & personę erūt:  
ad alias confugere oratoriuū est.

*De Beniuolentię captatione.*



Cum sola Beniuolentię captatione: principium: & insi-  
nuatio discrepent: qua ratione eam elicere possimus  
docendū est. Quinq̄z autē e locis deducitur a per-  
sona scilicet: litigatoris: actoris: iudicis: aduersarij: &  
ab ipsa re. A q̄ beniuolentiā trahemus: Si partib⁹  
iuris: rem nostrā equam: aduersarioꝝ iniquā ostendem⁹. Ab ad-  
uersarioꝝ persona beniuolum efficiemus auditorē: Si eos in odiū  
in inuidiam: in contemptionē adducemus. In odium rapiemus  
Si turpes. ac nocentes exponemus. In inuidiā trahemus: Si po-  
tentes factiosos: nobilesq̄ dicemus: & his rebus magis q̄ verita-  
te eos confisos aperiem⁹. In contemptionē si humiles: abiectos:  
desides: ignauos: inertes: secordesq̄ demonstrabimus. Auditorē

concordabimus nobis: Si laudē eius ad utilitatē causę nostrę scōm  
mores ipsius: vt lenis: asper: iocundus: tristisve sit conuertemus.

Ab actoris persona: Si pauca pro meritis de se ipso dicet: Nec  
advocati officiū: sed testis studiū ⁊ rei publicę causam se agere si/  
gnificabit. A persona litigatoris beniuolentiā trahemus: Si qua/  
lis in alios fuerit demonstrabimus: incomoda proferemus: Sexū  
etatem: conditionemq; aperiemus.

*De Docilitate ⁊ attentione captanda.*



**R**es Vnagne: admirabiles: inaudite: nouę: de quib⁹  
nos verba facturos dicemus: vel ad religionē: rem  
publicā priuatamq; spectantes: docilem: attentūq;  
auditorē: Si etiam: vt animaduertat: orabimus:  
facient.

*De exordioꝝ vitijs: ⁊ quando exordio supersedendū sit.*



**E**xordium: quo pluribus in causis nulla vel leui com/  
mutatione vti possumus: vel quod nimium longū  
separatum: ac nimis ornatum: vitiosum est. Eo su/  
persedendum ducimus: cum causa turpis: auditor:  
suasus vel defessus erit: Insinuatione tamen vti po/  
terimus: aliter atq; parati fuerimus firmissimis aduersariorum ar/  
gumentis primum nos responsuros dicemus: ac irrisione fessum  
auditorē recreabim⁹. Natura vero: occasio: locus: tempusq; sen/  
tentia: persona: continentia cachinni: ridiculum ridiculo: ac men/  
daciū mendacio notare: risum liberalem excitat.

*De Elementis ⁊ legibus exordiorum.*



**E**xordium non e personis ⁊ causis: sed earū adiunctis  
in expositionem: rationem: comprobationē: ac illa/  
tionem deduci solet. Personis vero adiuncta dicunt  
affinitates: amicitie: regiones: ciuitates: pcepto/  
res: discipline: ⁊ artes. Adiuncta causę dicunt: tem/

pus: habitus: opinio: fama: rerum: expectatio: vulgi. Ad poten-  
tissimas vero questiones auditorem in exordijs cause prepara-  
bimus.



De Narratione inuentionis parte Secunda.

Narrationum genera tria sunt. Unum quod in iudi-  
cio Scdm re gesta. Tertium exercitio coprobat.

Narratio exercitativa



Exercitativa negotiorum: et personarum est. Negotia  
vero argumenta: historie: vel fabule dicuntur. Sa-  
bula nil veritati consonum habet. Argumentum verita-  
ti consonum esse debet. Historia rerum verarum est. Nar-  
ratio personis attributa: Diversos: etatum: conditionum:



sexuumque affectus: referre debet. Historica narratio  
Reuis erit narratio: non que minus: sed que non plus  
quam ad suadendum expediat dicit: Que factum esse  
non quemadmodum factum sit generaliter exponens  
quod etiam non dictum est per ea que exposita sunt

intelligi possit. Apertam vero rerum gestarum: ordo: et expositio  
reddat. Narratio Judicialis



Narratio que ad veritatem pertinet: quid quoque loco  
prosit ostendere debet. Maxime probabilis esse po-  
terit: Si que veritati inesse: et fide facere solent: com-  
plectetur. Si personarum dignitates: et cause factorum  
extabunt: Si ad eorum qui egerint naturam: ad vulgi et eorum qui  
audiet opinionem referent. Si occasione: ordine et probationum semi-  
nibus corroborant.

De elementis narrationis



Narratio a persona: causa: loco: et tempore initium du-  
cet. Ea vel tota pro nobis: aut contra nos: aut ex his  
composita erit. Pro nobis cum ratione. contra nos  
sine ratione exponetur: et ante rem vel post rem: vel  
a re ipsa pro nostre cause commodo incipere poterit



mus. finem forensi eius initium questionis ostendet:

### De Confirmatione Forensi. inuentionis parte Tertia

**H**abunde satis hactenus dixisse video: que ratio enar-  
randi: et exordienti in causis civilibus sectanda sit.  
Nunc iam ad confirmationem forensium causarum  
omnis preceptio conuertatur. Narratione igitur ex-  
posita que noois cum aduersarijs conueniant: quid  
in controuersia relinquatur: quibusq; locis quod intendimus pro-  
bare velimus: sic ostendemus. Rem ab inuito domino subtractam  
esse: conuenit cum aduersarijs: Surtum ne: an peculatam commissum  
dicamus: id est in controuersia: Peculatus autem crimine reum te-  
neri: tribus rebus hac luce clarius ostendam. Ad eam autem rem  
comprobanda: cum nil eque ac status cognitio prosit: de eo prin-  
cipio dicendum est.

#### De Statu sine Constitutione.

**S**t autem *Causa Status*: qui ex prima collisione na-  
scitur: ut *Legisti rem sacram: non legi.* Utraq; iam  
pars hic consistit ac stat: unde et status dictus est.  
Sunt autem status generales tres. Inficialis: cum sta-  
tim quod obicitur negatur. Qualitatis cum factum  
constat: sed facti qualitas ignoratur. Legalis cum e scripto con-  
trouersia nascitur.

#### De Statu Inficiali: sine coniecturali.

**I**nficialis status: Argumenta rerum et personarum sunt.  
Rerum comprobatio: *Cause: Temporis: loci: Spa-  
cij: Instrumenti: Occasionisq; dicitur: Persona-  
rum: Genus: Natio: Patria: Sexus: Vita: etas: No-  
men: Educatio: habitus: Fortuna: Conditio: Na-  
tura: Victus: Studium: Affectio: ac consilium est.*

De Statu qualitatis:



Qualitatis status duobus modis comprobatur: cum partibus vel sine partibus iuris: factum asserimus. Iuris partes sunt due: Naturę scilicet: et consuetudinis: Naturę ius est quod natura omnia animalia docuit. huius partes sunt observantia: vindicta: veritas: religio: et pietas. Pietas est per quam sanguine coniunctis: patrię: et benivolis: officium et diligens tribuitur cultus. Religio est que superioris cuiusdam nature (quam divinam vocant) ceremoniam affert. Veritas est per quam immutata ea: que sunt aut fuerunt aut futura sunt: dicuntur. Vindicta est qua omne quod obfuturum est defendendo propulsatur. Observantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes: cultu quodam et honore dignantur. Consuetudinis ius est quod in morem: usus vulgiq; vetustas approbatione produxit. Eius partes sunt pactum: factum: iudicatum: et lex. Pactum est quod in omnes equale est. Factum est quod inter aliquos convenit. Iudicatum est de quo sententia lata est. Lex ius est quod in scripto: quod populo expositum est ut observetur: continetur.

Sine partibus iuris qualitas: per concessionem: translationem: comparisonem: remotionemq; criminis comprobatur. Concessio est qua per deprecationem vel purgationem nobis ignosci postulamus. Purgatio necessitate: fortuna vel imprudentia: haud consulto: factum esse arguit. Deprecatio licet consulto factum constat: pro pristinis tamen beneficijs: comparatione: translatione: aut criminis remotione ignosci postulat: Deprecatione utemur: cum et si consulto factus esse dicimus: tamen pro pristinis beneficijs ignosci nobis postulamus: Ea officiorum ratione: et rebus iudicatis ignoscendi causam querat: ut si plura aut maiora officia: quam maleficia videbuntur constare: Si nobilitate: officio: virtute se tuebit: Si ea virtute: qua in se utendum dicit: in alios usus fuerit: Si alijs quoq; sibi in causa ignotum demonstrabimus: Si nulla ignominia iudex: si eum absoluerit: notabitur: Si

non novum aut iniquum exemplū exteris aut posteris statuem⁹.  
Fortuna: necessitate: ⁊ imprudentia querat: an culpa in eam ven/  
tū sit: Quomodo vis illa vitari ⁊ leniri potuerit: Cōiecturis que/  
rem⁹: an quid contra facere potuerit expertus sit: nec fortuna aut  
necessario: sed consulto factum demonstrabimus. Quod si fortuna  
aut necessitate ad id ventus sit: an satis idoneā causę excusationē  
asserre videat inquiramus. Qui motu animi se fugisse rationē edi/  
cer: animi vitio nō imprudentia: necessitate: aut fortuna deliquisse  
dicetur. Et ostendetur non satis presidij in fortune: necessitatis: ⁊  
imprudentie excusationē debere esse: Hęc probationū seminib⁹: lo/  
co ratione: ⁊ tempore: in mediū adducto: dolo etiā gesta esse com/  
probabuntur. Comparatione queretur: vtrum satius fuerit agere  
id quod reus fecisse dicet: vtrū venustius: facilius: conducibilius:  
An sibi ei⁹ rei vindicandę potestas fuerit. Remotione querat: is ne  
in quem causa conferat quantum ipse reus demonstrabit potuerit.  
Quove modo honeste sine periculo resistere potuerit aperiemus:  
an quod alieno inductu fecerit concedendū videat. Deinde conie/  
cturis proprio cōsilio factum esse ostendemus. Tū que de fortuna  
⁊ necessitate dicta sunt ad comprobandū vel diluendū afferentur.  
Translatione queratur: iure ne crimen in eū transferatur: an eque  
magnum sit: atq; id quod reus fecisse dicatur: vtrum in ea re pec/  
candum fuerit in qua alius ante peccarit. Oporteat ne de ea re iu/  
diciū fieri: que in iudiciū non venerit. Accusato: interrogabit  
quid futurum sit: si ceteris idem concedatur: ⁊ rem: locum: tem/  
pus: ad augendi minvendive criminis causa adducemus. Conces/  
sione reus se ⁊ deliquisse dicet: ⁊ se purgationis partib⁹ levare ni/  
tetur. Aliud enim imprudenter: aliud necessario: aliud forte factū  
esse demonstrare occupatus esse debet. De Statu legali.



Egalis status ratio: in sex partes distributa est. Scri-  
ptum: et sententias: Obsistentes leges: ambiguum:  
translationē: ratiocinationē: et diffinitionē Scripti  
et voluntatis cōtrouersia est: cum scriptoris mens:  
cum scripto ipso dissidet: ut lex ait Liberi paretis a-  
lant: aut vinciantur: Cum nō aluit infans: huiusmodi cau-  
sa ori-  
etur: Verum qui se scripto tutabitur. Commoditatem breuitatemq;  
scripti cum laude enodabit: q̄q; detestandum et periculosum sit  
a scripto recedere: Exemplis: rationibus: et auctoritate enoluet.  
Qui vero scriptoris voluntatem seruandam dicet: aduersarij scri-  
ptum: cū partibus iuris alienū sit: improbabit: Iniquūq; esse di-  
cet: scriptum et litteras sequi: scriptoris autem mentem negligere.

Obsistentib<sup>9</sup> legibus lis oritur: cum altera lex vetat: altera pmit-  
tit quippiā fieri: ut lex. Mulierē accusare non posse. et lex: Que  
vltionem et mortē filij prosequit cum se matrem probauerit ad ac-  
cusationem admitti certū est. Sed in his considerandum an altera  
melius: atq; equius inbeat: veter: vniet: permittatve: quippiā fie-  
ri: Obsistentē legem deinde enodamus: eāq; ad nostre cause co-  
modū: iuris partibus trabemus. Ex ambiguis oritur: cū in duas  
aut plures sententias scriptū interpretari potest: ut Titius: heres  
meus: sempromie vxori mee anulos decerquos elegerit dato. Qd  
in ambiguis: interpretabimur partibus iuris equū: aduersarioū  
iniquum ostendem<sup>9</sup>. Ex translatione causa constat: cui aut quod  
immutandum: quod indignum accusatore: iudicem: actionem:  
aut tempus asserimus: ut non debes apud pretorem: sed apud cō-  
sulem fidei commissum petere: maior enim pretoria cognitione  
summa ē. Ex ratiocinatione controuersia constat: cū propria lex  
non repperitur: et simili vtemur: Cum enim de ea re nihil scriptū ē  
ratione pronuncianđū ducim<sup>9</sup>: Qua querit an quod in vno: in plu-  
ribus: quodā semel sepius: quod ante postea: quod in parte in toto  
pronuncianđū. Ex diffinitione causa cōstat: cui querit: quo nomi-

ne factū appelletur: vt si rem priuatā e loco sacro sublegerit. Dif-  
finitione querendū ē: furtū ne an sacrilegiū admissū dicamus: hec  
omnia sepe decidunt: equis testibus: religioso iureiurando: signis  
tabulis: fama: ac questionibus. *De testimonijs.*

**T** frequens et prolixus necessarius testium vsus: eo-  
rum maxime attestationib<sup>9</sup> comprobatur: quib<sup>9</sup> pre-  
clarum genus: spectata auctoritas: egregia dignitas  
preclara fama: mores: probitas: fides: conditio: for-  
tuna: et grauitas: omnib<sup>9</sup> exemplo et ornamento esse  
conuenit. Testes autem: aut voluntarij: aut electici creduntur.  
Voluntari<sup>9</sup>: vt timidus: incōstās: cupidus: milleq; passionib<sup>9</sup> et af-  
fectib<sup>9</sup> prepedi<sup>9</sup>: refelletur. Multa igit<sup>9</sup> de antea actis: insecutis: lo-  
co: tempore et rei qualitate interrogabimus. Eosq; odio: gratia: pe-  
cunia: precario illectas confirmabim<sup>9</sup>. Eius autem rei: numerus: et  
testium qualitas: argumēto esse poterit. Si enim iureciuili compio-  
batus numerus testium deest: paucitatē: nec vt spectatos testes ad-  
mitteremus: Sed vt inconstantes: et cupidos his argumētis refelle-  
mus. Si enim testis superabundabit factionē et conspirationē di-  
cemus. Si humiles producent<sup>9</sup> et abiecti: aut gratia: aut metu: aut  
pecunia corrupti dicentur. Si potentes gratiam oportet incessere  
Stultum crebris interrogationibus: vt aduersus fidem suę attesta-  
tionis vacillat: decipiem<sup>9</sup>: Iracundū vt cupide dicat: irrisione pro-  
na: vel conuicio concitabimus: Ambiciosum. maiorum proprijsq;  
meritis: honore et gloria: inflammabim<sup>9</sup>. Prudens rationibus re-  
furandus: vel aliquo urbano dicto refrigerandus est.

*De iurisiurandi veritate.*

**R**egulare iurisiurandi religionē excogitarunt maio-  
res nostri: Multius enim ad decidendas lites reme-  
dium habet et auctoritatē firmiorem: q̄ res iudicatę.  
Quod vel litigantiū pactione. vel iudicis auctori-  
tate litem exercentib<sup>9</sup> tradit<sup>9</sup>. Id autē reijcimus. offerimus. exigimus

recipimasq3. Recepturū se dicere nulla aduer sariozum interpel /  
latione improbū z suspicione plenū est: Paratus enī de causa sua  
pronunciare irreligiōse dicitur: nisi vita: fama: z morib<sup>9</sup> se tueatur  
Qui reijciat a multis contemni iurisiurandi religionē dicit: Num  
enim Epicurus negaret deum rerum humanarum curam habere  
Nec vlla harum passione affici. Qui desert modeste agit: cum cau  
se sue aduersariū iudicem facit. Qui desertur si iurare nō vult: dicit  
Inuide ab aduersario queri: vt i qua causa vincere nō potest: que  
ri possit qui a causa cadere refugit iurandū nunquā deserat.

*De Tabulis.*



Abulas accusare z refellere ac scelus signatorum im /  
probare consu etū ē. hic autem ignorantia allegabi /  
mus: si aliquē signatorē defuisse dicemus. Aut prius  
testatorē aut testem defunctū ostendemus.

*De Signis*



Ignis quāpluribus rem infectā factamq3 cōproba /  
binus: his plus q̄ testibus credendū dicemus. Te  
stes enī: gratia: p̄cario: precio: metu: Simultate se /  
penuero corruptas ostendemus. Signa eo pacto  
rem: vt gesta est: exponere comprobabim<sup>9</sup>. Aduer /  
sarius econuerso nihil esse exemplo ostendet: q̄ malignus inter /  
pres signis z cōiecturis deprauare no possit. Si enī in loco admis /  
si criminis deprehensus erubuerit: expaluerit: titubauerit: incon /  
stanter locutus fuerit: conciderit: aliquid pollicitus fuerit: Consciā  
maleficiorū hoc factum asserat: si nihil horum fecerit vsq3 adeo ad  
maleficia p̄meditatū accessisse dicit: q̄ quottidiano vsu z cogi /  
tatione confirmatus quid posset sibi accidere: nulla lese conscientie  
signa demonstrauerit: Quare sine testibus indignū esse signa  
vini aliquā probationis habere.

*De Rumore et fama.*

**R**umores primuli sermones in populo sine certo au-  
ctore dispersi dicuntur. Samā increbescantes. & iam  
adauctos: ac promulgatos rumores appellamus.  
Qui rumoribus & fame fidem adhibendā dicit: pu-  
blicum consensu civitatis: & cōmune omnium testi-  
moniam esse eam asserat: que nunq̄ ni subsit aliquid exoriri exem-  
plis demonstrabitur. Quō si virtute clarus reus iam habitus fue-  
rit. accusator facta non iniquam hominū existimationē spectandā  
asserat: Sermonē enim sine auctore dispersum: eam dicit: cui ma-  
lignitas iniriū: augmentū credulitas dederit: quod etiā innocen-  
tissimo cuiq; fraude in imicorū accidere posse falsa vulgantiū ex-  
emplo demonstrabimus. De Questionibus

**T**ormentis nullā fidem adhibendā dicemus: q̄ re-  
tentiores alij alijs sunt in dolore: Quare considerā-  
dum est: quomō: & quis tortus sit: an credibilia dix-  
erit: an constanter perseveraverit. Accusator maiores  
nostros tormentis: & cruciata corpis dicit voluisse  
homines cogi: ut q̄ infamie: & mortis metu cōticescerēt: dolore fa-  
teri cogerent: vniusq; noxij pena ceteris exemplū: & rationē bene-  
beateq; vivēdi asserat: Haud ab re igit sanctissimarū legū interpre-  
tes questionī fidē nō semp nec tamē nunq̄ habendā statuere. Rē  
enī fragilē & periculosa: que sepe veritatē fallat rati: qua ratione or-  
dinē: qualitatē: modū: temp<sup>9</sup>: & personā considerandā esse censue-  
re. Si enī vnius criminis noxij plurimi audiendī sunt a timidiorē  
in dolore: & etate recētiore incipiendū ē. Nec in omī tamē causa ni-  
si cū capitalia & atrociora maleficia: que nō aliter nisi tormētis ex-  
plorari possunt. Prius enī verisimilibus argumētis: pbatōnūq;  
seminib<sup>9</sup> scōm psonarū conditionē ad questionē deueniendū pu-  
tant. Primo qualis vox accusati: sermo: constātia: trepidatio & opi-  
nio: finem questionī: cognitionis subtilitate afferre solet. Emeriti  
& veterani milites eminentissimo: ūq; viroꝝ filij & pronepotes

questioni nō subijciunt. Qui etiā sine accusatorib<sup>9</sup> in custodiam  
recepti sunt: questionib<sup>9</sup> cogendi non censent. His igit<sup>r</sup> similibusq<sup>3</sup>  
locis forenses causas cōprobare: & infirmare consuetum est. Ser/  
mocinatio: & cōcionales plurimis varijsq<sup>3</sup> argumentationib<sup>9</sup> spe/  
ctandę vel refellendę sunt: de quibus hinc principio ducto plene  
perfecteq<sup>3</sup> dicere incipimus.

De genere. Concionali & Sermocinatio.



Noniam hacten<sup>9</sup> de primo genere civilis questionū  
cōfirmatione: narratione: & exordio dictū est. De cō/  
cionali genere iam dicendū videt<sup>r</sup>. Cui tamen pluri/  
ma cū sermocinatio cōia sūt: De his vna dicemus  
Quib<sup>9</sup> utrū potius: aut quid potissimū querit. Pri/  
mo enim an faciendū sit deliberare consuetum est. Qd<sup>o</sup> si due res  
vna intercitant quid potius sectandū: & ex plurimis in disquisitio/  
ne concionis incidētib<sup>9</sup>: quid potissimū fugiendū sequendumve  
sit hortari: debortari ve: de honesti utilis & tuti ratione consuevi/  
mus. Tutū in vim: & dolū dividit: que p<sup>r</sup> cōmoda: & incōmoda a/  
nimi corporis & fortunę cōprobant: honesta sola animi bonis id  
ē virtute comprobant. Virtus aut<sup>em</sup> est animi habitus nature mo/  
do rationi consentane<sup>9</sup>. Habitus vero absoluta: & constans est ani/  
mi perfectio: que per frequētes & volūtarias operationes fit. hui<sup>9</sup>  
partes quattuor sunt. Prudentia: Justitia: Fortitudo: Temperantia.  
Est autē prudentia bonarū & malarū rerum: aut vtrarūq<sup>3</sup> scientia.  
Partes eius memoria qua que fuerunt anim<sup>9</sup> repetit. Intelligen/  
tia que sūt percipit. Providentia que ateq<sup>3</sup> sit quod futurū est pre/  
videtur: Justitia est animi habitus pro dignitate cuiq<sup>3</sup> suum tri/  
buens. Eius initium a natura profectum: legum metu: religione: &  
cōsuetudine aductū est. Nature lex ē qd<sup>o</sup> quedam innata vis in/  
seruit vt religionē: pietatem: gratiam: vindicationē: obseruantiam  
& veritatem. Religio ē que superioris cuiusdam nature: quam diui/  
nam vocant: ceremoniā affert. Pietas est per quam sanguine con/



unctis: patrie: et beniuolis: officium: et diligens tribuitur cultus.  
Gratia in qua amicitiarum: et officiorum alterius memoria: et alterius  
remunerandi voluntas continetur. Vindictio est per quam vis: aut  
iniuria: et omne quod obfuturum est defendendo propulsatur. Obser-  
nantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu  
quodam et honore dignantur. Veritas est per quam imutata ea que  
sunt: aut fuerunt: aut futura sunt dicuntur. Consuetudine ius est quod  
aut leniter a natura tractum: aluit et maius fecit usus: ut quod in mo-  
rem vetustas vulgi produxit: quod genus est: Pactum: par: iudicatum  
Pactum est quod inter aliquos conuenit. Par quod in omnes equa-  
bile est. Iudicatum de quo sententia lata est. Lege ius est quod in co-  
scripto quod populo expositum est ut obseruetur continetur. Fortitu-  
do est considerata periculorum susceptio: et laborum perpessio. Eius par-  
tes: Magnificencia: fiducia: patientia: et perseuerantia. Magnificen-  
tia est rerum magnarum: et excelsarum ampla mentis administratio.  
Fiducia est per quam magnis et honestis in rebus multum ipse ani-  
mus in se fiducia certa cum spe collocauit. Patientia est honesta-  
tis aut utilitatis causa: rerum arduarum et difficilium voluntaria: et diu-  
turna possessio. Perseuerantia est in ratione bene considerata sta-  
bilis et perpetua permansio. Temperantia est rationis in libidine  
atque alios non rectos impetus animi firma: et moderata domina-  
tio. Eius partes Continentia: clementia: et modestia dicuntur. Con-  
tinentia est per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. Ele-  
mentia est per quam animus remere in odium alicuius concitatus: co-  
mitate retinetur. Modestia est per quam pudor: honestus: clarum et  
stabile comparat auctoritatem. Nunc vnde digressi sumus ad utili-  
tatem reuertamur. Utilitas in civili deliberatione bipartita est. Sed  
multo maxima pars ad commodum corporis reuertitur. Quare uti-  
litatis due partes videntur scilicet: Incolumitas: et Potentia.  
Incolumitas est salutis tuta: atque integra conseruatio. Poten-  
tia ad sua conseruanda: et alterius obtinenda rerum facultas.

his igitur partibus ad diluendum vel comprobandum locos sum-  
mendos arbitramur. Laudes vero et vituperationes: ex his locis  
quos personis attributos. i. animi corporis et fortunę dixim⁹. Et  
terum animi bona iam exposita rem confirmare et confutare pote-  
runt. Fortunę quoque comoda pro affectu mentis in laudem: vel i-  
gnominia trahunt. Corporis autem comoda non natura: sed dili-  
gentia nostra parta: velocitate: viribus: forma: dignitate: membris  
etiam proceritate et dispositione: vobis auxilio erunt. Comparatio-  
ne. item prestantium virorum laus preclara efficitur. Summe quoque  
res: aut magnitudine prestantes: aut novitate prime: aut genere  
ipso singulares: summam nobis laudem vendicabunt.

In Locutionali demeratioque genere exordiendi et enarrandi ratio:

**I**n his autem duobus generibus civilium questio-  
num. Principium a natura rei: auditorisque persona  
aut a re ipsa trahemus. Narrationem vero a rebus ex-  
ternis: et animi tandem bonis exquirem⁹. Que locis  
superioribus caute confirmari vel dilui poterit.

*De Argumentatione.*

**L**ocos ex arte comparatos argumento corroborabimus  
Est autem argumentum inventum aliquod ex genere rem  
probabiliter aut necessario demonstrans. Omnis  
autem argumentatio: aut per appositionem: aut per in-  
ductionem: aut per ratiocinationem tractanda est.  
hoc est per plenam argumentationem per imperfectam ratiocinatio-  
nem: per imperfectam inductionem. Est autem inductio oratio que  
de rebus dubiis captat assensionem. Dicitur autem (ut socraticis placet)  
imperfectum epicterema sine medio orationem claudens: ut Socrates  
apud xenophontem: et aspasia usus est. Appositionis evidens probatio vi-  
ditur: ut furtum factum ab eo qui in domo fuit. Ratiocinatio est oratio ex  
ipsa re aliquid probabile eliciens. Ea quicquid partita est. scilicet Expositio-  
ne: expositionis comprobatione: ratione comprobationis: Exomatione:

et filiatione vel complexione. Expositio est qua summatim ostendimus quod summati probare volumus. Coprobatio est causa que ostendit verum esse quod intendimus. Ratio coprobationis est oratio ratione expositionis corroborans. Exornatio est qua utimur rei honestate vel collocutione vel causa. Hec: Exemplo: simili: Rebus indicatis: Amplificatio: nibus et exornationibus constat. Complexio est que breviter concludens expedite partes argumentationis complectitur. Verum si expositio perspicua est coprobatione et ratione supersedemur. Ut Si summope sapientia petenda est: stulticia vitanda est: vehementer autem sapientia petenda est: maximo igitur ope stulticia vitanda est. Quod si causa parum locuples erit exornationem relinquemus. Vitia autem hec in expositione vitanda sunt: ne quod ab aliquo fit: ab omnibus fieri dicamus. Ne quod raro fit nunquam fieri ostendamus: Ne aliquid rebus omittat: ne addat. Rationes non convenientes expositioni vitiose dicantur: que non necessarie probabilesque: que idem dicunt quod in expositione dictum est vel alteri cause conveniunt vitande sunt. Omnis autem argumentatio vel necessaria vel probabilis esse debet: Probabile id est quod fere solet fieri: aut in opinione in positum est: Aut quod habet in se similitudinem quandam veri vel falsi: ut si mater est diligit filium. Similitudo contrariis et partibus maxime spectatur. In contrariis sibi his qui prudenter leserunt non ignosci convenit. His qui necessario profuerunt habere gratiam non oportet. Ex paribus talis est: homo indoctus ut equus indomitus. Nam ille nec habenis: Nec hic rationi obtemperare vult. Omne probabile aut signum est: aut credibile: Signum dicimus cum sub aliquo sensu cadere potest: Credibile quod sola opinione auditoris coprobat ut nemo est qui non liberos suos incolumes cupiat. Vel iudicato asseritur id est re auctoritate: aut iudicio comprobata. Id tribus in generibus spectatur religioso. scilicet communi et approbato. Religiosum est quod iurati legibus iudicare. Commune est quod omnes sequuntur et probent: ut maioribus natu assurgamur. Approbatum est quod cum dubium esse et quale haberi oportet: sua homines con-

stituerunt auctoritate. Comparabile est quod i rebus diuersis si-  
mitem aliquā rationē: imagine: collocatione: vel exemplo: cōtinet.  
Imago est omnino demōstrans corporū aut naturarū similitudinē.  
Collatio est oratio rē cum re similitudine cōferens. Exemplū  
rem auctoritate: aut casu alicui<sup>9</sup> hominis: vel negocij firmat aut in-  
firmat: Necessaria argumentatio p cōplexionē: enumerationē: aut  
simplicē conclusionē tractat. Cōplexio est in qua utrū cōcesseris re-  
prehendit: vt si improb<sup>9</sup> ē cur vteris: Si prob<sup>9</sup> cur accusas. Enu-  
meratio est in qua plurib<sup>9</sup> expositis. z ceteris ifirmatis vna relin-  
quit: qui necessario confirmat. Cōclusio simplex ex necessaria cō-  
secutiōe conficit. vt Vos me hoc fecisse dicitis ego tunc trās mare  
fui relinquit ergo vt nō mō nō fecerit: sed ne quidē facere potuerit  
His igit<sup>r</sup> similibusq; locis omnis necessaria z probabilis argumen-  
tatio elicienda est.

De Amplificatione z prima sua parte Lohortatione.



Amplificatio in Lohortationē: z cōquestionē diuidi-  
tur. Lohortatio est oratio auditoris animum ad  
indignationem concitans. Primus locus sumit ab  
auctoritate cū ostendit quantē cure ea res fuerit dijs  
imortalib<sup>9</sup>: qui locus sumit ex Sortib<sup>9</sup>: oraculis: va-  
ticijs respōsis: ostētis: prodigijs: regibus. sapiētissimis hominib<sup>9</sup>:  
senatu: populo: legū scriptorib<sup>9</sup>. Secundus ad quos perueniat  
queve bona attingat: cōmemorat. Tertius. quid si idē omnib<sup>9</sup> cō-  
cedat: multos eiusdē audacię futuros exēplo aperiet. Quarto mul-  
tos expectare quid statuāt vt illius exemplo audaciores z impune  
ad maleficia accedāt. Quinto ceteras res cōsilio etiā vbi acciderit  
corrigi posse: hoc nisi provideat ne accidat: frustra auxilia implo-  
rabim<sup>9</sup>. Sexto volūtario facinori haud veniā cōtribuēdā: imprudē-  
tię nōnunq̄ cōcedi cōuenire. Septio maleficiū: tetrū: nephariū:  
erudele: tirānicū: vī z manu gestū: ab equali: iure alienū ostēdem<sup>9</sup>.  
Octauo ab immanissimis barbaris z bestijs remotissimū: cū faciū di-

etur in maiores natu: in hospites: i vicinos: in amicos: in eos q /  
bus cu vitam egeris: in mortuos: claros: nobiles: honore vfos: in  
eos qui neq3 alienu ledere: neq3 se defendere potuerit. Nono co /  
paratione hoc atrocius demonstra. Decimo que ante rem in re z  
post rem sunt colligim9. Undecimo ostendimus ab eo factu a quo  
si alius fecisset prohibendu erat. Duodecimo indignemur q no /  
bis prinu acciderit neq3 ante alicui conigerit. Tertiodecimo iniu /  
rie cotumelia iuncta demostrabim9. Quartodecimo oram9 q au /  
diut: vt iniurias nostras ad res suas referat. Quintodecimo oici /  
mus inimicis etiā: z hostib9 nostris que nobis aciderint indigna  
videri. De coquestione amplificatiois parte secunda.

**C**onquestio est oratio auditoris misericordia captas  
Prim9 loc9 est p que quib9 in bonis fuerint: z quib9  
in malis sint ostendit. Secundo in tepora distribuit p  
que quib9 in malis fuerint: z futuri sint consideratur.  
Terio carpit in vnaquodq3 deplorat incomodu vt i  
morte filij: puentie: delectatio: indoles: amor: solatium: educatio.  
Quarto res turpes: humiles: z illiberales pferunt. Quinto preter  
spem i miserijs demostrat esse. Sexto preter merita in luctu posi  
tu aperiem9: Septimo oram9 vt de his q chari sunt cu vos vident  
recordent. Octavo modu quo crimē admissu e declaram9. Nono  
qd oportnerit: no esse factu: vt no extremu spiritū ei9 accipi: no se  
pulchru condidi. Decimo ad mutas. z exptes animi res oio referet  
Undecimo inopia: infirmitas: solitudo: demonstratur. Duodeci /  
mo liberoru: aut parentu: aut sepeliendi corporis sui comendatio  
sit. Tertiodecimo disiunctio eius quo cu libetissime vixeris deplo  
ratur. Quartodecimo q ab his quib9 minime coueniat male tra /  
ctemur. Quintodecimo humili z supplici orone oram9: vt nostri mi /  
serent. Sextodecimo no nostra sz rei p. z eoz q nobis chari sut in /  
comoda deploram9. Decioseptimo animu nostru i alios miseri /  
cordem: amplu: excelsu: z patiente incomodo: u: significamus.

De Conclutione Inventionis: parte quarta z vltima.



Conclusio id est exitus: z determinatio totius orationis tripartita est. Nam constat enumeratione: indignatione: z conqueſtione. Enumeratio est per quam colligimus: z ordine comonemus quibus de rebus verba fecerimus: In qua a confirmatione summem<sup>9</sup> initium. De varie citabunt<sup>r</sup> vt artificij suspicionē: tegdū z facietatē effugere: z memoriā reficere: quod artificiosius est: Et quid contra aduersarium dixeris: quidve contra afferatur ostēdemus: vt cōfirmationis: z reprehēſionis iteratione memoria reintegret<sup>r</sup>. Enumerare autem poterim<sup>9</sup> ex nostra persona: Tum vero personā: aut rē aliquā inducere: vt quid quoquo loco dixeris admoneas. Tum etiā personā: aut rem aliquā inducere cui totā enumerationē cōdones. Alias autem argumētationes sigillatim transire. Alias ad partitionis singula genera referre. Alias ab auditore que desideret querere. Alias hec facere per comparationē suarū z contrariarū argumētationū: In enumeratione aut id eligat quod erit grauissimū. In indignatione: z cōqueſtione animū auditoris: imitē misericordemq; aut asperū et imitem ostēdemus. quo facilius ad indignationem: conqueſtionē eorū animos exsuscitare possimus:

De Dispositione civilium questionū parte secunda.



Uperest vt de secūda parte rhetorice id ē de dispositione dicam<sup>9</sup>. Ea est que certo in loco inuenta dixerit. Dispositio quippe duplex ē. Altera nāq; artis precepta: Altera casū tēporis sequit<sup>r</sup>. Ut si a narratione: aut ab aliqua firma argumentatione. Vel si scōm principiū a cōfirmatione incipiam<sup>9</sup>: Cui narrationē si ratio postulat subdamus. Si cā nostra magnā videbit<sup>r</sup> habere difficultatē: vt nemo equo aio principiū audire possit: a narratione incipiemus: z ad principij sententiā: si comodū videbit<sup>r</sup> mox reuertemur. Si narratio parū pbabilis erit ab aliqua firma argumētatione ex/

ordiemur: In cōfirmatiōe z cōfutatione firmas argumentationes  
tū mediocres nuperrime firmissimas adducem⁹. Que autē ab in/  
stitutione artis proficiscit partū orationis z argumētatiōis ordi/  
nē seruabit. Partes item exordij: z singula queq; mēbra huius ar/  
tis ratione digeret.

De Elocutione civilium questionū parte tertia z vltima.

**V**erum nūc iā ad vltimā hui⁹ artis partē. i. elocutio/  
nis p̄cepta hinc nos cōuertam⁹. Orationū caracte/  
res dicēdi: figure ac forme tres sūt. Grauis. i. que  
etiā: materia: p̄sonarū qualitate: graui z magna con/  
structione numeris modulis: amplificationib⁹: z ex/  
ornationib⁹ cōstat. Mediocris que humilioza: nō tñ infima in/  
serit. Attenuata que vsq; ad puz z quortidianū descendit sermo/  
nem: Quib⁹ generib⁹ elocutionū: materia: sentēijs: p̄sonis: z nu/  
mers etiā vates libros suos distinxere. Ceterū proxima vitia vi/  
tanda sūt Suffulta enī turgida: z dissoluta: z fluitans exanguis ac  
arida oratio detestanda credit. Que his rebus fugere poterimus  
que gravitatē: fidem: dignitatē orationi: Dignitate: Compositio/  
ne: z Elegancia accomodare solent.

**E**legancia: que facit vt vnūquodq; pure z latine dici  
videat: In Latuitatē z Explanatione distributa est.  
Latinitas sermonē prolatione z scriptura purū: con/  
grua structura cōseruat. Barbarismū enim z soleo/  
cismū vitare docet. Soleton verba consequenti vel  
superiori: aut vtriq; non accomodat. Barbarismum verbū vitiose  
effert. Explanatio vsitatis verbis: z p̄prijis aptā z dilucidā reddit  
orationem. Usitata dicuntur: que quottidiano sermone: z trita do/  
ctorum consuetudine noscuntur. Propria dicuntur: que eius rei  
verba sunt: aut esse possunt qua de loquimr.

**C**ompositio: e que hyatu z traiectione vitatis omnes partes elocutionis eyles: z ppolitas facit. Que qde coposito: nisi diligent sit ab oratore observata omis pene splendor vbozqz concinitas tota intereat ne/ cesse e. Quid eni sine copositoe elegancia: aut vboz snazqz ordinatiões valeant: no satis intelligo. Sz qm hec coposi/ onis pars in tris apud oratores reppiat diuisa partes: ordine: iun/ ctura: z numero. In pms iunctura: quia circa literas: consistit z syl/ labas: duxi expediendam. *De Iunctura*

**I**n iunctura igit: que apta quedā: atqz concinna lisse/ rarū syllabarūqz i contextu verboz est collocatio: ab omni offensione anrū procul remota: multa sunt vi/ tia fugienda: que a Socrate z a Theopompo sumo studio sūt vitata: a Licerone aut z demosthene: no nisi cum nimis frequent in oratione incidant. Sepe etiā si modeste intercurrant: oratione nūc molliore: nūc grauiore efficiūt. Nā vt i saporibz que/ dā interdū suauit amara sūt: sic in orone aliqua asperitatis interso/ nantia magis grata est. Vnde si vel sententiaz necessitas exigeret aut pūctis quibusdā cursus distingueretur vocaliū nec spiritu vno nec eodem proferretur: modo id raro z modesto fieret: non modo hoc non reprehendendū esset: sed quandoqz etiam laudandum.

**¶** Primū igitur ex ordine preceptū est tale. Laudendū esse: ne cre/ ber vocaliū concursus: qui hiantem inconsonā atqz insuauem ex/ primendi sonoritate pareat: incidat in oratione: quod fit si prece/ dens in vocali terminet dictio: z subsequens ab eadē aut alia inci/ piat vocali: quod maxime in A E z O vocalibus: quia maiorem ha/ bent sonum: erit euitandū. vt Amo amantē deum. Vestram lau/ do amicitiam. Egredere ex domo aliena. Egredere ex vrbe elata. Vocales vero que magis exilem habent sonū: minorem faciunt/ biatū. vt honora illustres viros. Excolite virtuosos homines. Nō tamen magis inconcinne vocales sese recipiunt: q̄ si eodem cōcur



rant. vt Sollicita ansoniam Mariam. Elige egregios bellatores.  
Conueni irritantes ad discordiam ciues. Lomu vnicum in castris  
extat. ¶ Secundū est præceptū: q̄ multarū similiter litterarū cō/  
cursionem effugere debemus: que quandam vel legendo vel pro/  
nunciando difficultatē afferre vident. vt Jacob bonus & Job bea/  
tus: dei leges diligenter obseruarunt. David diuinos vedit psal/  
mos. Joseph fuit pharaonis intrerpres a fratribus facinorose vē/  
ditus. Animaduertat Titus tyrannus que perpetravit: & penitebit  
tandem tantę tyrannitatis. Semiuocaliū vero litterarū concursio/  
nes præter .x. modicam videntur vel legendi vel pronunciandi dif/  
ficultatem afferre. vt Christum dominum nostrum maximum nos  
omnes homines summopere debemus excolere. X vero quia dua/  
rum in se litterarum vim & sonum complectit: difficilem ac hiantē  
in concursione videtur afferre pronunciationē. vt Chartaginensiu  
dux Xantippus trux: felix Xerxes: & virtutis lux Xenophon fuit:  
Similiter .x. & .s. ineptam pronunciationē reddunt. vt Deceptus  
Xerxes grecię bellum intulit. Unde non solum in verbis diuisis:  
sed etiam in compositis .x. & .s. litterarū vitandus est concursus.  
Quare si forte accidat: vt hec prepositio ex cum dictione ab s inci/  
piente componat. s. littera de medio est abijcienda: vt exurgo: ex/  
ulto & similia. Nec solum in his duabus litteris magna est asperi/  
tas: sed R etiam & I si crebre concurrant: iuncturā deformem cau/  
sant. vt Nunc suauissime suadebat: nunc vero terribilis tutoribus  
suis satis grauis erat. Omniū itaq; litterarū siue vocaliū siue con/  
sonantium nimie concursiones vel assiduitates euitandę sunt: que  
insuauem profecto sonoritatē reddere solent. ¶ Tertiū præceptū:  
Quod sillabarū similiter earundē & consimiliū concursiones & ni/  
mie assiduitates sunt euitandę: quoniā nō tā insuauē q̄ ineq̄ tā red/  
dunt orationē. vt Cassius curās custodire cōmunē commoditatē  
& ceteri etiam de re certa certantes Cesarem ceperunt. Item meę  
mētis memorię modū ita iponā: vt meę meditatiois me minime

peniteat. Itē Poetę potentiā ponentes in possibilibus et bone/  
stis rebus laudantur. Itē Ciuitas que a regibus regitur: regio a/  
more foelix est. Similiter Ne idem sit dictionū immediate se se/  
quentiū exitus cauendum est. vt Illorum bellatorū ac imperatorū  
fortuna laudatur: quorum probitas ciuium optimorū saluti inten/  
ta est. Item Fortunatorū imperatorū / optimorūq; rectorum vir/  
tus magis q̄ fortuna laudatur. Similit̄ ne sequens dictio ab ea/  
dem incipiat syllaba in qua precedens terminatur perspice. vt Ille  
legit. Amor mortalis in te integer est. Quod quidem vitium non/  
nulli Liceroni obiecerunt: sed hoc vitium non est attribuendum si  
grauitatis causa fiat: nisi cum hoc dicendi genere crebro vtamur.  
**¶** Quartum preceptum: q̄ etiam dictionum nimia concursio et af/  
siduitas diligenter est evitanda. vt non est rationis ratio rationem  
illi adhibere: qui in sententijs ferendis ratione non vtitur. Nemo  
quidem ita eloquentie ignarus est: cuius animus non fastidio ali/  
quo afficiatur si quod huiuscemodi audierit: nisi ornatus causa: vt  
repetitione: complexione: traductione: conduplicatione: continua/  
tione et huiusmodi in orationem cadant. Dictionibus equide; ex  
omnibus grāmaticę orationis partib⁹ sumptis vti debemus: lon/  
gis: suauib⁹: dilucidis: sonātib⁹: electis: idoneis: cōmodis: pprijs  
aptis: cōcinnis: vsuatis: vt oratio ita splendēs: idonea: et resonans  
ex ipsis efficiat: q̄ aliqua verborū obscuritas: aut oratiōis difficul/  
tas in dicēdo nō cōmittat: que vel auditorū aures vel legentiū ani/  
mos aliquādo offendere possit. **¶** Quintū preceptū: Quod nimia  
verborū suspētio et p̄lixitas in oratiōe est vitiosa: que res tam etsi  
in p̄hemijs interdū concedat: in ceteris tamē oratiōis partib⁹ rep̄/  
hēdi solet. **¶** Sextū preceptū: Qd̄ figura que themastis dicit in sim/  
plicib⁹ nō vtamur: nec i cōpositis nisi i qb⁹ apud auctores id p̄mi/  
sū sit: vt postea vō q̄ p̄ posteaq; vō. Inq; vicē: p̄ iuicēq; septēq;  
triones: pro septentrionesq;. satis boni viri officio fecit: p̄ satis/  
fecit. Et quedā ad hūc modū a nobis diuidū propterea nō repre/

henduntur: quae a summis poetis et oratoribus sunt recepta.

**C** Septimum praeceptum. Hoc inter cum et tum refert: et tum duplicatum. Ut multis locis admonet Cicero: Quod ea particula orationis: cui haec coniunctio cum antefertur: vel causam: vel concomitantiam: vel id quod apertius est certiusve significat: vel temporis praerogativam: vel maiorum rerum dignitatem. Tum vero aut officium antecedentis causae: aut alternationem: aut rem minus notam: aut tempore posteriorem importat: aut minorem dignitatem ac momentum affert: nisi aliquid sequatur: quod huic rationi adversetur. Ut potius multo magis studiosius: et quae sunt huiusmodi. Exemplum primi. Cum tuo in me amore summo: tum beneficio semper tui memoriam praeme feram. Exemplum secundi. Cum mutuo inter nos amore: tum reipublicae causa perpetua rerum omnium societate devincti sumus. Exemplum tertij. Cum tuis in omnes beneficijs: tum voluntate in posterum prona ad omnia viri officia pater patriae iure optime dixeris. Exemplum quarti. Cum dicit temporis praerogativam. Cum olim in parentem pietatem insignem animadvertimus: tum in patriam non minore studio futuram speramus. Exemplum quinti. Cum vitam pro tua salute: tum opes omnes profundere nunquam dubitabo. Quod si tum in eadem oratione geminetur aut in diversis: concomitantiam sine differentia signat. Ut Cicero tum natura: tum consuetudine ad omnes res honestas flammato studio rapiebamur. Saepenumero tamen nimia obeundi negotij oportuna celeritate oppressi: aut occupationibus alijs distracti: aut parva adhibita diligentia: inconsulte in concursione et assiduitatem: vel litterarum: vel sillabarum vel dictionum vel utrarumque incidimus. Quod etiam apud Liceronem cum eloquentiae principem: tum etiam harum compositionis rationum et praeceptorum optimum artificem aliquando comperimus: sed tamen est curandum diligenter: et quoad fieri possit: ut ipsa concursione et nimia assiduitatis vitia declinemus.

De Ordine.



Ordo est quedam verborum orationūq; inter se: vel naturalis vel artificialis dispositio. Circa quē obseruandū ē: et sit hoc octauū in ordine nostro preceptū. Quod semper oratio crescat et augeatur: vt quod sequitur magis eo sit quod antecedit: vt Nobilis et egregius. Magnificus et illustris. Crudelis et immanis. Fur et sacrilegus. Augeri quidem vult oratio et insurgere: non minui. hoc verū cū verba ad eandē sint rem relata. Quō si ad diuersas: nullū admittit vitium: qui ab hac ordinis ratione discedit: vt cum alium sacrilegum prius dixeris: alium debinc furē appellas. Exaugende autem ac multiplicande orationis ratio: triplex reperitur apud oratores. Vna que pertinet ad vnicā orationē multis verbis coadomatam. Altera que ad plures multis ex partibus grāmaticę oratiōis amplificandis. Tertia que est accomodata episto'is et orationib; atq; ceteris oratorū dicendi rationibus: non solum verborū copia exaggerandis: verum etiā negocijs rerū locupletandis. Prima ergo coaugmentande orationis animaduersio est: vt in nostra oratiōe coaceruemus: multa nomina substantiua v' propria vel appellatiua: aut etiam adiectiua: positiua: comparatiua: et superlatiua: aut verba personalia aut impersonalia: aut participia in omnib; temporibus posita: aut gerundia vel supina: aut pronomina primitiua aut derivatiua: aut aduerbia positiua comparatiua et superlatiua: que dictiones huiuscemodi ita gradatim collocent: vt alteram altera et aliam alia subsequar: que maiorem vim et efficaciorē vehementiā impo'nt: et orationis sententiā magis aduictā efficiet. Vt in hoc exemplo. Cum iustitiā eam ipsam apertissime constare videamus: ex q; oppida: ciuitates: prouincię: nationes: regna: atq; imperia gubernantur: conseruant: amplificant: omnem igitur cogitationem: diligentiam: actiones: fortunāsque nostras: nos deniq; totos libet exponere debent: vt ea ipsa iuris equitas diligenter excolatur. De

secūda coaugmētandę oratiōis specie exemplū tolle. vt Ego pro/  
pter magnū Liceronis in me amorē: ⁊ propter insignes eius vir/  
tutes: atq; propter magna ⁊ multa sua benemerita cum plurimū  
diligō. Item Ego enim cum propter magnū Liceronis in me a/  
morem: quem semper optimum fuisse cognoui: tum etiam sua erga  
me benemerita: quę ab ipso quidē multa ⁊ magna recepi: cū pro/  
fecto mirifice diligō. Ecce quomodo oratio p̄cedens ex relatiuis  
interpositis multiplicatur. Sic enim ex omnibus orationis parti/  
bus oratio multiplicari potest: Sed de omnibus ponere exempla:  
item et de tertia augmentandę orationis specie: non tam prolixus  
est q̄ laboriosum. De hoc autem relatiuorū exemplo ⁊ alijs oratio  
num partibus: circa multiplicandas orationes: quomodo oportu/  
ne concurrant in suis proprijs dicetur locis. Nonum p̄ceptū:  
Quod dignitas rerum attendi debet ac nature: vt quę in eodem  
genere dignitate nature p̄stant: ea minus dignis in oratione an  
teferantur: vt viri feminis: ortus occasui: dies nocti: secunde res  
aduersis: honestę turpibus. ⁊ multa ad hunc nature modum simi  
lia: hoc verum cum aliqua verba sese immediate sequuntur:  
Nihil enim impedit: si a se distantia fuerint: ⁊ in diuersa orationis  
posita parte: aut ad diuersum tempus ordinēq; relata: quę mino/  
rem dignitatē habeant posse digniorib⁹ anteferri. vt in hoc exem/  
plo. Cum ingens agmen prius mulierū: de hinc virozū in manus  
hostium peruenisset: secuta est subito cunctis in rebus captiuitas.  
Idem in separatis videri multo facilius est. Decimū p̄ceptū  
Laudandum est ne verba in oratione ociosa sint: ne superuacua: ne  
nihil agentia. quod vicium qui euitare volet: semp̄ genus suę spe/  
ciei anteponet. vt Lastor ⁊ pollux: fratres gemini cū finitimis bel  
lum gerebāt. Superuacue igit̄ ⁊ inepte diceret̄ gemini fratres. Nā cū  
omēs gemini fratres sint: nihil op⁹ erat: cū gemini dixisset fratres  
adiicere. ¶ Xj. Quō verba reb⁹ de quib⁹ loquimur sint accomodata  
ne plus minusve q̄ dignitas rei postulabit significare videantur:

Nam qui agricolā illustrē: aut regem parvū inter laudandū appel-  
lat: non mediocriter vicium incurrit: quoniā illic adiectivo amplio-  
ri: hic angustiori q̄ rei natura poscat utatur. ¶ Duodecimuz: Qd̄  
non abutamur vnius verbi significatione pro altero: in quib⁹ nul-  
la similitudo reluceat. vt si fundū eruditū appelles: aut milite sine  
armis instructum incedere ad bellum dicas. Opus itaq; erit pro-  
prium significationem verborum a grammaticis repetere: et rerum  
naturas consulere: quis ornatus rebus de quib⁹ sit accommodan-  
dus. ¶ Decimumtertū: Qd̄ inter adiectiuū et substantiuum ali-  
que interponant̄ dictiones: que profecto ex omnibus partib⁹ grā-  
maticę orationis cōmodissime summi possunt. vt Amplissimam.  
M. I. L. facultatem rationēq; dicendi ingenio studio atq; doctri-  
na consecutus est. Item Summā equidē M. Maria leticiam suscepit  
cum sibi ab angelo filium dei se pariturā nunciatū est. Item. Tam  
multa legisti libroruz volumina q̄ in virum tandem peritissimum  
evasisti. Item. M. Magnū supra vires onus desumpsisti: qui de reb⁹  
diuinis dicturus sum. Latendū tamen ne nimium abinvicem se-  
parentur: q̄ orationē obscuram faciant. vt in hoc exemplo. Nulla  
satis probata apud cines suos virtus est. Non tamen semper cō-  
cinnū esse videtur: q̄ adiectiuū a substantiuo intermedianus: si me-  
liorem presertim sonoritatē habere videatur et continuo collocen-  
tur. quod euenit potissimū: si adiectiuū et substantiuū in genitio  
positū: aliud adiectiuū et substantiuū cui subordinat̄: fuerit inter-  
locatum. Aut cum adiectiuū comparatiuū vna cū substantiuo fue-  
rit in genitio positū. Aut cum aliquā magnam alicuius rei vebe-  
mentiam importet. Et etiam aliquando adiectiuū positiuū vel su-  
perlatiuū in omnibus casibus positū decenter cōtigue tractari po-  
test. Sed potissimū participia omnis temporis cum in concomitā-  
tia vel subsequētia continentur: sine intermedatione collocari so-  
lent. Exemplū de adiectiuo et substantiuo in genitio posito. vt  
eximia pristini nostri amoris magnitudo me vebemēter adhortat̄

vt par mutui beneficij retributio a me tibi referatur. Item. Exce/  
lens tue familie dignitas: & preclarus spectate virtutis splendor:  
& exardescens fruende virtutis desiderium ad studiū te plurimum  
incitare debent. Exemplum vbi adiectiuū comparatiuū cum sub/  
stantiuo in genitiuo ponitur. vt neminem video callidioris inge/  
nij: perspicacioris intelligentie: accuratioris excogitationis: ingeni/  
osioris scientie: studiosioris diligentie: amplioris doctrine: presta/  
tioris eloquentie: q̄. D. S. T. L. extitisse. Exemplū vbi magnā ve/  
benentiā importat: quod contingit in ablatiuo. vt. Qui egregias  
bonarum artium disciplinas summa voluntate: accuratissima con/  
templatione: & quotidiano studio complexi sunt: eas quas exinde  
sperant emolumentorū rationes faciliter consecuti fuerunt. Ex/  
emplum vbi adiectiuū positiuum ponitur cum substantiuo in o/  
mnibus casib⁹ sine intermediatiōe. vt D. Marcus Aurelius vir of/  
ficiosus & prudens: cuius virtus tantē est intelligentie: tantē inte/  
gritatis: tantē constantie: tantēq; modestie: vt ei tanq̄ fido socio  
& homini sapienti plurimū debeam: Illam igitur ad te proficiscen/  
tem vt hominem rectum & ingeniosum artificem: ita tibi commen/  
do vt meum affinem & gratum hominē. Nam & ego ipso claro ge/  
nere nato: & insignibus moribus exposito: atq; alijs magnis virtu/  
tibus preedito in omnibus meis negocijs familiariter fretus sum  
Exemplum de adiectiuo superlatiuo. vt Lucius Crassus vir peritiss/  
simus: cui⁹ vt hominis integerrimi fides mihi explorata est: a me  
plurimū diligitur. nam & sibi tanq̄ homini amicissimo & procura/  
tori vigilantissimo rationes meas agendas libenter comittere so/  
leo: nec vnq̄ ipsam optimum amicū derelinquam: quemadmodū  
ego ipso Lucio Crasso viro officiosissimo vtor familiarissime: ita  
etiam a te peto: vt cause sue tanq̄ si mea res ageretur: te maximo/  
pere accomodare velis: quo gratius mihi nihil efficere poteris.  
Exemplum vbi adiectiuā participia omnis temporis sine interme/  
diatione ponuntur. vt Cum in Senatu causam tuā agere cepisses:

Salustio decernente: consulis audientibus: prefectis legationi-  
bus: ceteris magistratibus fautoribus: senat<sup>9</sup> est dimissus: omis-  
sis etiam alijs creandis magistratibus: Itaq; res in aliam die de-  
lata est: de qua quicquid actus fuerit te certiozem reddam. **De-**  
**cimumquartū preceptum.** Quod orationes ab adiectiuis sepius  
q̄ a substantiuis incipere debeamus: et hoc a posituiis comparati-  
uis et superlatiuis: simplicib<sup>9</sup> et compositis. Item a relatiuis sub-  
stantie et accidentis. Itē a participijs in ans vel in rus vel in dus  
vel in tus desinentibus. Item a pronominibus primitiuis et deri-  
uatiuis. de quibus omnibus exempla per ordinem sequuntur.  
Exemplū de adiectiuis posituiis. **M**agnū ego a te beneficiū me re-  
cepisse profiteor: pro quo vniuersam meam tibi operam deferō.  
Item Immortalia enim in me benemerita liberalissime profecta  
sunt: que nulla vnq̄ mea delebit oblitio. Exemplū de compara-  
tuis. **M**aius mihi officiū prestare non potuisses: q̄ illud quo tu  
me hodierna die amicissime perornasti. Exemplū de superlati-  
uis. **M**aximum profecto illud tuum erga me promeritū: quo ego  
a te cumulatissime exornatus sum: reputo mihi summū summope-  
re gratissimū. Exemplum de adiectiuis compositis: vt permul-  
ta: permagna: perclara: permaiora: perclariora: q̄ maxima: q̄ iocun-  
dissima: q̄ amplissima. Exemplū de relatiuis substantie. **Q**ui tibi  
ex me fructus debentur: cum idonea mihi facultas offeret: eos  
profecto q̄ superiores suscipies. Exemplū de relatiuis accidentis  
**Q**ualia enim ab alijs officia recepimus: talia plerunq; reddere so-  
lemus. Exemplū de participio in ans. vt **I**nvigilantes virtutib<sup>9</sup>  
homines et bonarū artium studijs iugiter insudantes: maxima sem-  
per sui benignolentia profectus. Exemplum de participio in rus.  
vt **D**aturum operam virtutibus Albertum nostrum q̄ scribis: mi-  
serum in modum gaudeo. Exemplū de participio in dus. vt **E**x-  
colendus ab omni hominum genere penitus est **L**ibustus: qui o-



mnium hominū est conditor & bonorum elargitor: Exemplum  
de participio in tus. vt Consecutum se opera mea commoditates  
q̄ plurimas Liceronē tibi rettulisse vehementer letor. Exemplū  
de pronomine primitiuo. Ego semper tibi amicissimus esse volui:  
quia tu me semper plurimum peramasti. Item. Vt quidem in a/  
micitia si aliquando experiri volueris:amicum profecto tibi com/  
peries optimum atq; paratissimū. Exemplus de pronomine de/  
riatiuo. Vt quidem diligentia tibi semper futura est paratissi/  
ma:quia tuā in me beniuolentiā cognoui mihi semp̄ q̄ promptissi/  
mā. **Decimūquintū preceptum.** Quanq̄ ab adiectiuo appposito  
vel supposito principium summere orationis commodissimum sit  
quia tamē aliquando accidit vt dictiones alię multipbarie nō mi/  
nus in orationis principio optime iacere & pulchre resonare viden/  
tur:non incommodum visum est ab eis principium orationis cō/  
stitui posse: que profecto dictiones ex omni genere atq; manerie  
octo partium grammaticę orationis commodissime sumi potue/  
runt: vbi adiectiuationes non tibi commode succedent: quod per  
plura videre exempla pulchrum iudicabis. Exemplū de nomine  
proprio in principio orationis posito. Brutus quem in his tibi lit/  
teris commendo: cum mihi sit omnium amicissimus: tum etiam  
maximis est virtutibus exornatus. Exemplum de nomine appel/  
latiuo. homines enim illos quos duplices esse cognoui: vt vnum  
verbis dicant: alterum autem re sentiant: nisi ipsi aliqua probabili  
fortasse ratione ad hanc fictionem compellantur: apud me sem/  
per parū valere debere cōstitui. Exemplū de verbo actiuo. Ama/  
bo te semp̄ atq; summope diligā: quoniā tu omnia p̄ me liberaliter  
effecisti. Exemplū de passiuo. Videor enī te videre cū tuas lego  
litteras: sed doleo cū appello: immerito a te negligens: cum scri/  
bendi facultatem non habuerim. Exemplū de verbo inter est. vt

Interest plurimum virorum prudentium intemescere que ad coram  
tempore recte gubernandam pertinere videantur: Exemplum de  
verbo placet et similibus. Placuit semper ac libuit maximopere  
principibus sapientibus accuratissime perscrutari: quid superiori-  
bus alijs principibus acciderit: ut suppeditet eis quid eueniet aut  
eos agere oporteat. Exemplum de gerundio. Agendum est assiduo  
ut officiosum aliquid consequamur. Exemplum de supino. Rela-  
tu multorum nobis significatum est maximam officiosum te virum  
esse factum: quo plurimum certe gaudemus. De participio supra  
in proximo dictum est precepto. Exemplum de prepositione. Ad.  
x. cal. Masij ad urbem cum venissem ut de multis ac varijs rebus  
tecum comentarer: te reperire non potui. quas igitur res te coram  
agere volebam: per litteras absens breuiter significabo. Item ex-  
tra iocum sunt ea profecto que tibi scribo: que certe sunt a te dili-  
gentissime consideranda. Item. Post deum nostrum omnipoten-  
tem et parentes qui me genuerunt neminem habeo: quem magis te  
diligam: magis excolem: magis obseruem: neque maiori quam te beni-  
volentia complectar. Item usquequo spiritum perducere potero non  
cessabo me tibi gratissimum demonstrare. Item. Ab omnibus ho-  
minibus hi merito deridentur: qui clarissimas bonarum artium di-  
sciplinas vilipendunt. Item. Loram te cum affucro ea tibi decla-  
rabo: que et gratissima fore et comodissima tibi videbuntur. Item. de  
omnibus rebus que ad te pertinent: quasque mihi curandas prece-  
pisti quid egerim ex his litteris cognosces: quas tibi Gasparinus  
meo nomine consignauit. Exemplum de aduerbio. Hec litteras ad  
te scripsi: hodie vero atque nunc de te cogito: cras etiam meis te lit-  
teris visitabo: diligenterque res tuas pertractabo: ut aliquando in-  
telligas me semper et iam olim de tuis ornamentis et comodis ma-  
ximopere cogitare. Item Verum enimvero nisi tandem meliorem  
vivendi constitutionem desumpseris: conspicio te maxima subiturum  
inconmoda. Item. Forsitan parua hec inconmoda quibus presentiaz

efficeris: in maximuz tibi emolimentuz in posteruz redundabunt.  
Itē Dix fere me contineo quin ad te aduolem: & ea tibi significē:  
que si feceris tibi plurimū conducent. Exemplum de interiectione.  
Deu mihi cur ego tuis omnibus incōmodis non affueri. nam  
maximis te profecto curis atq; molestijs fortasse liberaſsem. Itē  
ben bone Jēſu ita exoro vt nobis perpetuo sis adiumento. Itē  
Pape ita ne se res habet vt narraſti VJarce Tulli. Itē Atat quas  
huic noſtre reipu. futuras iminentes calamitates narrat Semprio/  
nius. Itē. Uba ita ne ab his decipiendus ego ſemper ſum: quo/  
rum rationibus plurimuz me accommodare ſoleo. Exempluz de cō/  
iunctione. Et tecum libenter adēſſem: & me tibi libentiſſime acco/  
modarem: ſi magne mee atq; aſſidue cogitationes ac occupationes  
hoc mihi permitterent. Itē. Si in hoc meo negotio adiumentuz  
mihi tuuz preſtiteris: perficiam profecto q̄ te beneficiuz mihi pre/  
ſtiſſe letaberis. Itē. Igitur cum tu plurimuz mihi ſemper ob/  
ſiſti: noli expectare vt pro his tuis in me iniurijs debeaz magnis  
remeis beneficijs exornare. Itē. Nūq̄ vllum fuit tempus in  
quo non maximaz atq; firmiſſimaz tuorum in me benemeritoruz  
memoriam continue complexus fuerim: pro quibus equidem iam  
tibi cumulate ſatiſfecim: ſi idoneam tibi ſatiſfaciendi facultatem  
mihi comparare potuiſſem. Itē. An tibi ego vnq̄ nulla in re cō/  
tradicturus ſim: qui te mihi ſemper omnibus in rebus q̄facillimū  
prebuiſti. Itē. Saltem verbis te mihi cōmodare velis te obſe/  
cro: ſi re ipſa adiumento mihi eſſe non poſſis aut non velis. Et q̄  
plurima ad hunc modum de omnibus partibus orationis pote/  
ris excogitare exempla. **Decimū ſextuz preceptū.** Quod diſtri/  
butiuis & partitiuis nomimb<sup>9</sup> cōmodiſſime vti poſſumus: cū aut  
alicuius negocij partitionez quanda; facere volumus: aut certaz a/  
liquaz animi determinationez declarare nitimur. De qua ratione  
hoc exempluz conſpicere poſes. Quod. Latho 2. 2. Elodius a me

plurimum diliguntur: neque enim umerito eos maximi facio: Nam  
tum alter mihi doctrinam ministraverit: alter vero magnas mihi  
rerum facultates prestiterit: non possum abduci quin cum alteri  
virtute adhaerens sim: alterius autem copijs adiutus existam: alte  
ri maxime debeam: alterum etiam admodum diligam: quorum utro  
magis gaudeam aut magis uti velim non facile diiudico. Preter  
rea sepe numero euenire videmus: ut in comparatione rerum mul  
tarum: aut aliud alio laudabilius vel turpius demonstrare: aut com  
modius: aut deterius persuadere: aut iustius vel iniustius significa  
re volumus: tunc comparatiua videntur omnino necessaria. De  
quo hoc tibi exemplum trado. Si ex omnibus hominibus qui ma  
ximam tibi beniuolentiae coniunctionem profiterentur. vnum tibi po  
tissimum adoptasti: qui dignitatem tuam maximopere tueretur: ne  
minimam profecto comodiorum diligere potuisses: quam Domponius:  
cuius studium pro auctoritate tua collustranda tam maximum exti  
tisse constat: ut neque maiorem operam: neque studiosiorem curam:  
nec ardentiorum beniuolentiam: nec promptiorem quidem dilige  
ntiam quisquam prestare tibi potuisset. Insuper id quidem concin  
num est: si in omni pene modo dicendi frequentem superlatiua  
nominalia vel participalia aut aduerbialia. quod multis ex causis  
a nobis fieri idoneum esse videtur. Nam cum in primis ipsa super  
latiua propter magnam rerum resonantiam magis splendidam red  
dant orationem: tum etiam efficiunt: ut dicentis sententia longe ve  
rior et efficacior esse videatur. Preterea ipsa superlatiua dicendi sti  
lum reddunt magis amplum: magis longum: magis opimum. Quod  
cum ita sit: apte satis superlatiua quae vsui tuo se accommodabunt ar  
bitratu tuo pertractare potes. De quibus hoc exemplum tibi pa  
tefacio. Quod Antonio tam familiarissime semper fretus sum: tam  
sumopere eum diligam: ut ego summa cum ipso sim familiaritate con  
iunctus: non est profecto mihi Lentule: quae vlla moueri debeas admi

ratione. nam cū is z summo mihi semper amore prestiterit: z vigi-  
lantissimā pro rebus meis diligentiam declarauerit: z amplissimā  
mihi libertatis beneficentiā patefecerit vt nullum summū homi-  
nis amantissimū liberalissimūq; officium pretermiserit: neq; vllum  
maximū pro salute mea periculū subterfugere voluerit: iniquum  
esse duxi nisi ego etiam virum me sibi q̄gratissimum: z omnibus  
suis comodis z ornamentis q̄promptissimū demonstrarē. ¶ De  
decimoseptimū preceptū est: Qd̄ oratio frequenter obliqua sit: id  
est a posterioribus in recta constructione incipiat: sine id quod ver-  
bo supponit: verbum ipsū antecedit sine postponatur. Exemplū  
prīmū. vt Neminem posse ad eloquentiam accedere Erassus inquit  
nisi qui multarū rerum prius scientia instructus sit. Exemplū se-  
cundū. hanc vnā esse ad bene beateq; viuendum compendiorū  
viam inquit. Socrates: vt tales simus quales iudicari apud alios  
volumus. ¶ Decimooctauū preceptum. Quoniā genitiuus in  
oratione rhetorica sepe numero occurrit necessario tractand⁹: eius  
igit̄ pertractandi ratio erit diligēter cōsiderāda. Genitiu⁹ ergo pre-  
postere collocet: vt illis dictionib⁹ quib⁹ subordinatus ē preponat  
cōiunctā p̄fecto sonoritate ip̄ortat: z magno oratiōi dari⁹ intelligē-  
di adiumento esse videi. De quo hoc tibi exemplū describo. Cū Li-  
ceronis scripta quoz innumerabiles constāt comoditatis oportuni-  
tates: eos semp plurimū oblectarūt: quorū anim⁹ officiosis rebus  
semp fuit exposit⁹. nō igit̄ mirū ē: si ei⁹. *De Barci. L. volumia a me /*  
*ip̄o accuratissimo quidē studio fuerit p̄tractata. Itē. Christi p̄cepta*  
*q̄ diligēter obseruat: eternā gloriā optime p̄sequunt. Itē Oratoris*  
*p̄ni p̄cepta a multis maximoq; celebrant. Ita datiu⁹ casus in cō-*  
*positiōe omni de oratiōis p̄postere posit⁹ bonā reddit sonoritatē.*  
*vt Christo qui se tradunt: optimam viuendi rationem eligunt.*  
*Itē. De Maiori quidem cure dignitas tua mihi esse non potuisset:*  
*cum aliud nihil dies nocteq; q̄ de rationibus tuis excogitem.*

**Decimum nonum præceptum.** Quod casus temporales qui a ple-  
risq; in ablativo casu collocari solebant: ab oratoribus in accusati-  
uo consueverunt tractari: ut et melior fieret resonantia: et efficacior  
constaret oratio. Et quod hoc sit celeberrimum sequens videre potes  
exemplum. Ego enim multos annos excogitavi qua ratione hoc  
fieri posset: quod omnes christianorum principes atque potestates: in-  
iuriss: odijs: ac similitudinibus obmissis: tanta essent amoris chari-  
tate coniuncti: ut ex omnibus ipsis tam validissimus fieret exer-  
citus: quod ipsi maxima potentia freti: infidas gentes atque barbaras  
oppugnare possent: Que huiusmodi cogitatio mea: quia tam bo-  
nesta et optabilis esse constat: non cessabo dies noctesque mecum ani-  
mo pervolvare: si quid fortasse conducibile ex hac re posset elici.  
Quod si aliquando factum: aut constitutum esse videres: tunc vitæ  
commutatio (ut mihi videor) molesta mihi accidere non posset:  
Poterit similiter accusativus non temporalis: in compositione ora-  
tionis prepostere poni. Ut. *Christus qui vere diligunt: eorum ani-  
mas eterne beatitudini consecrant.* Item. *Studiosos equidem ho-  
mines nitor imitari: ut virum me doctum reddere possim.*  
**Vigesimum præceptum.** Ablativus in concomitantia positus:  
tum orationes plurimum dilucidare videtur: Tum etiam narra-  
tionum brevitati potissimum est accommodatus: qui ablativus hu-  
iusmodi: sepe numero deducitur: aut a nominibus proprijs homi-  
num locorum et provinciarum: aut ab appellativis nominibus et ver-  
balibus et participijs: aut ab adiectivis distributivis: et ceteris et-  
iam positivis comparativis et superlativis: atque pronomibus pri-  
mitivis et derivativis coniunctis cum nominibus appellativis co-  
gnominibus et verbalibus atque participijs. De quibus hec pau-  
ca exempla conspice. ut Superioribus iam præcis temporibus flo-  
rente Roma Numæ Pompilio rege: respublica tunc recte guber-  
nabatur: Verum fluentibus annis. Lucio Silla et Lucio M. Su-

rena consulibus: intercumbante Laio *Mario* nouo consule desi/  
gnato: ciuilitas discordia crudeliter insanire cepit: qua in longum ni/  
mis deducta communis salus ciuitatis acerbissimum est passa de/  
trimentum. deinde paucis post annis potentioribus rerum poti/  
ris: dominante luxuria: nimia exorta iam ambitione: imperandi  
cupiditas conualescere cepit: sed auctore *Licero*: sapientia in cō/  
ueniendis magistratibus: et consilijs administrandis suffragante:  
respublica a direptionibus liberata est: expulso presertim. *L. La/  
belina*: et socijs oppressis. Item. Imperante *Octauiano* augusto:  
auctore deo patre: duce *Iesu christo*: adiunante spiritu sancto: in/  
tercedente *virgine Maria*: fauentibus celorum constellationibus:  
omnibus etiam diuinis fatis consentientibus: salutifera claritatis  
lux diuinitus nobis exorta est: qua duce animas nostras rationi/  
bus mundanę vitę recte constitutis: eterne felicitati consecrare va/  
leamus. Item. *Christo* omnium bonorum amplissimo largitore qui  
gratiam adiumenta petunt: vt recte id egerunt aliquando conse/  
qui poterunt. Item. Studiosis equidem virtus sedulo studio liben/  
ter vsus sum: vt illustratus eorum virtutibus exaggerari valeam.  
**Vigesimalimum** preceptum quod est generale circa nomen et  
omnes orationum partes: videlicet. Si substantiua nobis tractan/  
da contigerint siue propria siue appellatiua tam hominum q̄ mu/  
lierum omnium animalium atq; locorum: rerumq; ceterarum tam ce/  
lestium q̄ terrestrium: diligenter inspicere et accurate considerare de/  
bemus: que sit illorum natura substantiuorum: que vis: que digni/  
tas: que prestantia: que nobis cum recte perspecta et prudenter co/  
gnita fuerint: ea nos faciliter admonerunt: vt substantiuis illis  
idoneas conuenientes proprias cōmodas et condignas nominum  
vel participiorum adiectiuationes positiuas comparatiuas siue su/  
perlatiuas adiungere debeamus: que recte et concinne et rei contra/  
cte esse videantur: et etiã substantiuis in genitiuo positis: que alijs

etiam substantiuis in regimine subordinantur: addamus alia sub/  
stantia que sibi comode et congrue addere valeamus. Addo etiam  
quod alie cetera dictiones aliarum partium orationis eadem ratione ut  
nomina vel participia debent esse rei de qua agitur convenientes.  
Que omnia ut clarius percipi possint in sequenti patent exemplo  
Quonia in. *DIJ. I. Licerone* summo et celeberrimo quidem oratore:  
tanta erat dicendi vis: eloquentie facultas: agendi ratio: tantumque ei  
us constabat orationis diuinitie. ut sibi esset insitum a natura: quod in ipso  
esset acutum ingenium: graues sententie: intenta memoria atque ge/  
stus oratorius: omnia poterat animo percipere: memoria custodi/  
re: rempub. administrare: et alia cetera gubernare. Erat etiam eius Li/  
ceronis: sapienter suum in rebus agendis consilium explicare: mente  
providere: oratione persuadere: auctoritate probare: qui etiam ami/  
corum saluti consulebat: multorum insolentie resistebat: homini/  
bus virtute preeditis familiariter utebatur: bonos mirifice dilige/  
bat: vitiosos odiose fugiebat: omnia etiam ipsius Liceronis  
in rempub. prouisa prudenter: responsa acute: librata accurate: in/  
cepta libenter: perfecta diligenter: gubernata moderate: acta con/  
stanter: administrata sapienter esse constabant: Omnia preterea  
benedicendi precepta: ab ipso callidissime animaduersa: verbis de/  
signata: generibus illustrata: et partibus distributa fuerunt: omnes  
denique prestantes philosophie rationes: ad bene beatumque viuendum  
optime pertinentes: ab eodem Licerone fuerunt prudentissime excogi/  
tate: comodissime descripte: et diuinitus illustrate. Ergo ipse Licer/  
o diuina prudentia instructus: excellenti ingenio preeditus: perspi/  
cacissima animi fortitudine munitus: incredibili temperantia de/  
coratus: maxima integritate conditus: singulari modestia illustra/  
tus: integra fide insignitus: grauissima humanitate nobilitatus: cla/  
rissimis moribus expolitus: omni recta viuendi institutione cumu/  
latus: et ceteris prestantibus virtutibus exaggeratus: et huiusmo/



di summis excellentib<sup>9</sup> diuinisq; virtutibus eius: p omnes totius orbis terrarū regiones atq; partes: clarissimā nominis gloriam & amplissimā virtutū exterminationē: sibi celeberrime comparauit.

**¶** Vigefunumsecundū p̄ceptum est circa pronomina: Quoniā pronomina & proprietatem quandā nominum subintelligunt: & promptitudinē magnam important: & demonstrationē rerū & animorum. Et huiusmodi adiectiua esse constat: quę per se in multis ac varijs dicendi generib<sup>9</sup> locum habent. Ex quibus equidē pronominibus quanq̄ multas in dicendo cōmodas rationes elicere possemus: tamen aliquas video p̄ter ceteras diligentius esse notandas. Una enī hęc ratio cōsiderāda est: q̄ istis genitiuis quinq; pronominū mei: tui: sui: nostri: & vestri minime vti debeamus: nisi cum expressum substantiuū habere non videantur: qui profecto huiusmodi genitui absq; substantiuo expresse posito tunc reguntur ab huiuscemodi adiectiuis: qui aut copiosam quandā abundantiam important: aut promptum amorem vel odium significāt aut efficacem aliquam cupiditatē demonstrant: vt in hoc patet exemplo. *Eum W̄sanfredus Sonciensis fidei amore plenus: mei studiosissimus & tui amantissimus: cuius dignitatis ego sum magis auidus q̄ sui affines: per meas tibi litteras cupiat se plurimū cōmendari. ego autem amore sui maiora facerem: hoc a te peto: vt ipsū W̄sanfredū tua benignitatis gratia recipias exornandū: hoc tibi persuadens neminem te tui amantiozem esse habiturum.* Altera est consideranda monitio: Qd̄ hęc quinq; derivatiua p̄nomina: meus: tuus: suus: noster & vester: quanq̄ p se constēt esse adiectiua: alia tñ eis adiectiua sibi idonea addenda sūt: quę illoꝝ adiectiuoꝝ substantiua ita adiunēt: vt eoꝝ substantiuoꝝ prestatiā aut dignitatē aut āplitudinē, aut naturā aut p̄ueniētiā magis demōstrēt ac longe clariorē & magis p̄mptam orationis sniam explicent. De quo hoc te expediet exemplum. *Optima enim mea erga te tuosq;*

omnes beniuolentię coniuunctio: & clarissime tuę tuorūq; virtutes  
ac etiam amplissima tua in me meosq; benemerita efficiunt: vt of/  
ficioſa noſtra beneficiorum receptorum memoria: immortalibus  
noſtris in nos officijs mutuo correfpondere teneatur. Ex quibus  
quidem duabus conſiderationibus habes: q̄ pronomina primiti/  
ua atq; deriuatiua ad multiplicandas orationes plurimum valēt:  
& commode rhetoricam exangunt elocutionem. De quo etiam ſe/  
quens tolle exemplum. Eximia equidem illa tuę liberalitatis am/  
plitudo: ex qua me plurimum exaggeraſti: iure ipſo a me depoſtu  
lare videtur: vt non ſolum res omnes meas: ſed etiam meipſum  
totum pro omnibus tuis commodis & ornamentis exponere te/  
near. Preterea ex relatiuis ſubſtantię & accidentis: noſtras aut  
multiplicare: aut continuare: aut variare commodiſſime oratio/  
nes poſſumus: quę licet orationes ſine relatiuo proferri ſimplici/  
ter poſſent: adiuncto tamen ſibi relatiuo longe ſunt copioſiores  
longeq; apertiores. Poſſemus enim ſine relatiuis nude ac ſim/  
pliciter orationem in hunc explicare modum. Ego propter ma/  
gnam Ciceronis in me amorem: & propter inſignes eius virtutes:  
atq; propter multa & magna ſua benemerita cum plurimum dili/  
go. Sed ex relatiuis ſubſtantię interpoſitis ſic multiplicari po/  
teſt. Ego enim cum propter magnam Ciceronis in me amorem:  
quem ſemper optimum fuiſſe cognoui: tum propter eius virtutes  
quas celeberrimas equidem & inſignes eſſe conſpicio: tum etiam  
ſua erga me benemerita: quę ab ipſo multa quidem & magna rece/  
pi: cum profecto mirifice diligo. Itē ſine relatiuis accidentis nu/  
de ac ſimpliciter ſic dici poſſet. Cum Marcus Lato pro ſalute ſue  
patrię multa quidem egerit: non igitur immerito ipſum bonum  
ſemper ciuem fuiſſe dicimus. Quę oratio ex relatiuis acciden/  
tis ſic multiplicatur: Cum talem Marcus Lato ratione repu/  
blice. ſe ciuem ſemper preſtiterit: qualem benemerite reipublicę

possidere desiderant: tantaq; benemerita in patriam suam contu-  
lerit: quanta rectus civis iure ipso conferre debet: totq; pro comu-  
ni salute pericula perpessus fuit: quot alius quivis solitus esset su-  
stinere: non igitur immerito omnes Latonem ipsum bonum virum  
et optimum iudicare possunt. Relativa etiam accidentis: ut sunt ta-  
lis: tantus: tot: et his similia: multiplicant orationes cum post il-  
las orationes ex huiusmodi relativis confectas: necessario sequa-  
tur illa coniunctio infinitans: ut vel quod: aut sua correspondentia quod  
lis: quantus: quot et similia: que coniunctiones vel relativa sint al-  
terius sequentis orationis principium: et sint causa: quod aut una alia  
oratio: aut plures etiam orationes subsequantur. ut in his patet ex-  
emplis. Numa Pompilius Romanorum rex officiosissimus: talem  
se reipub. gubernatorem prestitit: tantum Romanę patrię adiunxit  
totq; Ro. civibus beneficia contulit: quod uniuersa Romanorum pa-  
tria immortales sibi gratias referre tenetur. Item Scipio enim Pom-  
peius tales a. M. Cicerone patrocini fructus recepit: tantas est  
ex ipso laudes consecutus: totq; immortalibus eius beneficijs ex-  
aggregatus esse videtur: ut nisi ipse Pompeius beneficiorum im-  
memor haberi velit: perpetua debeat ipsum Lice. benignolentia com-  
plecti: et pari sibi meritorum vicissitudine respondere. Simili etiam  
modo de relativis substantię exempla sumere posses: que propter  
brevitatem nolo enarrare: et potuissim tot tibi dedisse precepta: quot  
conspicis considerationes. ¶ Vigesimo tertium ergo preceptum si-  
militer circa pronomina sume: videlicet Quod hoc relativum Qui  
que: quod: non construatur immediate cum suo antecedente: sed in-  
ter relativum et suum antecedens verbum interponatur aliquod. ut  
homines diligo qui paci et studio vacant. alias: qui paci et otio stu-  
dent. Cicero eloquentissimus fuit: qui ceteris in dicendo prestitit  
Platonem omnes in primis laudant: qui rerum divinarum cogni-  
tionem ante alios aperuit. Nonnunquam etiam ornatus causa relati-  
vum suo antecedenti preponitur. ut Quos in urbe tumultus exci-

taſti: multarum ſeditionū principium & cauſa extiterunt. Simi-  
liter interdum a relativo incipimus orationem nullo antecedente  
expreſſo. vt *Quę tua humanitas eſt: maiorem beneficiorum ratio-  
nem q̄ iniuriarum habebis. Quę tua modestia eſt: ferenda equo-  
animo contumeliam hanc iudicabis.* Nec ſolum in caſu recto: ſed  
in ablatiuo etiam hac dicendi ratione nonnunq̄ viri eloquentiſſi-  
mi uſi ſunt. vt: *Qua animi prudentia ſemper extitiſti nunq̄ dubi-  
tatur: omnia te prudenter conſultoq; facturū.* Hoc autē relatiuū  
Iſ ea id immediate poſt ſuum antecedens collocetur. vt. *P. Afri-  
canus: iſ qui Ebartaginem magna ſperantem: leges Romanorū  
coegit accipere: omnes ſummos bellorum duces laude glorięq; an-  
teceſſit.* ¶ Trigefimumquartū præceptū Circa uerba erit neceſſariū  
Animaduerti enim q̄ plurimum in compositione dilucidandi ſti-  
li hoc præceptum eſſe diligenter obſeruandū: vt fini orationis no-  
ſtre uerbum aliquod personale uel impersonale: ſiue finitum: ſiue  
inſinitum: aut actionem aut paſſionem ſignificans ſit collocandū  
Nam quemadmodum uias faciens: cum multum ambulauerit di-  
uerſorium uideat ubi itineris finem & quaſi laboris ſui terminum  
eſſe intelligit plurimū recreatur: ita etiam ex uerbis in fine oratio-  
nis terminatis: cum ſententia illius totius orationis ante tacte a-  
pertius explicetur: ſit vt legentis animus meliori quidē intelligē-  
tia acquieſcat. Et ſi illud uerbu; longum fuerit aut plurimū; reſo-  
nans: concinniozem profecto ſi in fine orationis terminatur: q̄ ſi  
in media aut alia orationis ipſius parte collocat: ſonoritatē præ-  
ſtabit. de quibus exempla per ordinem uidere pulchrū indicabis  
quibus ſcilicet modis: quibuſq; rationibus ipſa uerba ſiue ſingu-  
la: ſiue plura in fine orationis collocentur. Exemplū ubi unū uer-  
bum finitum actionem ſignificans vnice orationi inſeruiens in fi-  
ne orationis terminatur. vt *Ego enī homines claris uirtutibus  
præditos tantopere diligo: vt nulla res tam maxima eſſe poſſet:  
quam non ego pro illis libenter perficerem.* Exemplū ubi uer-

bum finitum in fine positum: duabus inseruit dictionib<sup>9</sup>. vt Lau-  
sam profecto meaz iam faciliter impetrassem: si amor: si gratitudo  
in quibusdā hominibus extitisset. Exemplū vbi duabus oratio-  
nibus verbū inseruit: vt ego quidem id semper egi: vt ⁊ me tibi a-  
micissimum extitisse: ⁊ tuis omnibus me nunq̄ defuisse intellige-  
res. Eodem quoq; modo verbū in fine positum: tribus: quattuor  
vel pluribus sine dictionibus: siue orationibus posset accommoda-  
ri. De pluribus dictionibus exempluz tolle. Nos cum prudentie  
cum iustitie: cum temperantie inuigilauerimus: vitam equidē of-  
ficiosam faciliter perducemus. De pluribus orationibus hoc sit tibi  
exempluz. Misero: enim plurimuz cur mihi aduerseris: cum ego  
semper tibi plurimuz inseruire: affinibus sedulo fanere: atq; ami-  
cis tuis vehementissime opitulari studuerim. Exemplū vbi duo  
verba finita: quoz quodlibet vnice orationi inseruiat in fine ora-  
tionis configua terminantur. Ego enim rationes omnes: ex quib<sup>9</sup>  
pro maximis tuis in me officijs merito tibi gratificari possim: ex-  
quiro. Exemplum vbi tria verba finita: quozum singulū singule  
orationi inseruiat in fine orationis terminatur. vt Quoniā ea qui-  
dem ratione ad studiū scientiarū accessimus: vt bonarū artū vir-  
tutem consequamur: vanda est igitur opera diligēs: ne ex ipsis stu-  
dijs nisi postq̄ virtutē illam quā assequi desideram<sup>9</sup>: adepti fueri-  
mus: recedam<sup>9</sup>. Exemplū vbi verba finita tria numero vnice ora-  
tionis inseruiant in fine orationis collocant: que sententiā cōfirma-  
tiorē efficiāt. vt ego qdē tantope te diligo: colo: magnifico: q̄ totā  
causā tuā libētissime suscepi: curauī p̄feci. Pōt etiā ante verbū fi-  
nitū vnū vel plura verba infinita collocari: vt supra ex aliquib<sup>9</sup> ha-  
bes exemplis. Et tria nūc tibi subnectere curabo: vt omēs enī ho-  
mines q̄ recte viuere volūt: deū in p̄mis colere debēt: ⁊ diuina p̄ce-  
pta seruare tenent. Itē. Singularia enim tua in me officia merito  
efficiunt: vt habeam memoriam tue dignitatis: quam diligenter  
obseruari studeo. Item Misero enim Liceronē ex magna eius fa-

cultate tantū facere posse: q̄ meam causam eius v̄sus opera z dili-  
gentia me assequi posse confido. Simili etiā per omnia ratione  
verba passionē significantia in fine orationis commode sunt collo-  
canda: De quibus pauca propter conformitatē actiuorum tibi ex-  
empla trado. vt illi profecto viri ab omnibus facillime diliguntur:  
quorum virtutes clarissime conspiciunt. Item Littere a te mihi se-  
penumero mittuntur: ex quibus omnes tuę vite rationes optime  
declarantur. Item a nobis sepiissime noua intelligunt: que cum de  
bono statu significantur: maxima profecto cum iocunditate audi-  
unt. Verba item neutralia: deponentia: cōmunia: impersonalia  
tam actiue: q̄ passiue vocis: z plura alia verba in fine orationis po-  
sita: elegantia reddere solent. Exemplū de neutrali verbo. Est enī  
virozum bonorū atq; prudentum: vt omnibus faneant z inserviat  
nemini noceant: z officiosis rebus inuigilent. Exemplū de depo-  
nenti. vt tam etsi ob summas occupationes meas: vel frequenti fa-  
miliaritate nostra: vel litterarum visitatione minime vtor: tuorum  
tamen beneficiorū recordor: quorum nullis quidem temporib⁹ o-  
blinisco. Exemplū de cōmuni. vt Prestantissimas bonarū artū  
disciplinas assidua studendi exercitatione complectaris: maximo-  
pere te hortor: quoniam he sunt ex quibus homines plurimū ve-  
nerant. Exemplū de verbo impersonali actiue vocis. Ea me opi-  
nionē atq; viuendi ratione spero fore: vt nunq̄ me peniteat. Ex-  
emplum de verbo impersonali passiue vocis. Vt tibi quidem cum  
nihil perscribas a nobis alienum esse factum in omnibus estimat  
z tuum remissum scribendi officium plurimū coarguitur: z vehe-  
menter etiam accusatur. Item Ab amicis equidē tuis itur quoti-  
die: venit: vigilatur: atq; contenditur: vt quo desideras perue-  
niatur. Exemplū vbi verba beneficit: malefit: satisficit in fine orati-  
ōis commode terminantur: vt Tu vide q̄ magni inter nos  
interit atq; referat: vbi enim affinibus tuis atq; amicis pro suis  
in te officijs malefit: a nobis beniuolis nostris plurimum beneficit

atq; semper cumulatissime satissit. **V**igesimumquintū preceptū  
est: q̄ sicut verba finita in fine orationis posita: egregiā quandam  
habere resonantiā ⁊ gratam afferre solere intelligentiē terminatio  
nem constat: sic infinita etiā verba cum sint in fine presertim orati  
onis cōmode collocata: legentiū aures admodū oblectant: ⁊ aper  
tā profecto sententiarū ⁊ animoz explicationē representāt: Anīm  
aduertas igitur qua ratione: quove ordine ipsa infinita persona/  
lia aut impersonalia: sine singula: sine bina: sine trina: vel quīna: vel  
intermedia in fine orationis collocent: De quib⁹ hec pauca que se  
quunt exempla dabo. Et primo sit exemplū de verbo infinito in  
fine posito: vnicę orationi inseruenti. vt Si viri boni volumus es  
se: non debemus aliquid cōmittere: quod alijs hominibus nostra  
culpa possit obesse: Exemplū vbi duabus inseruit orationib⁹: vt  
cū hec presens vita humana admodū breuissima cōstet: ⁊ alia quā  
anima sequitur sit futura sempiterna: si animę nostrę consultū iri  
desideramus. vtilius est nobis a deo q̄ hominibus adamari. Ex/  
emplū vbi duo verba infinita in fine posita duabus orationib⁹ in/  
seruiunt: vt cum tu semper diligentissimus extiteris: non solū salu  
tem meā: sed etiā omniū meorū incolumitatē velle querere: mibi  
ego etiā videor: vllum non modo officiū: sed vllā etiā in tuos dili  
gentiā sine maxima culpa posse preterire. Exemplū vbi tria ver/  
ba infinita in fine orationis contigue posita vnicę orationi inser/  
uiunt: vt Cum nihil hominibus optatius euenire debeat q̄ diuī/  
nam sibi gratiā velle posse compare: certe vt eā homines sibi adi/  
piscerentur omnia vellēt studere agere debere. Exemplū vbi plu  
ra verba infinita ab vno verbo finito dependēt: vt In superiorib⁹ te  
litteris admonui: quid te agere oporteret: quid cōstituere: quid cu  
rare: quidve in omni ratiōe deliberare. Exemplū vbi verbū infini  
tū fore ab antiquo verbo suo suis quod nūc nō est in vsu: qđ semp  
cōsequēs signat scz futurū esse: vt ⁊ nullo mō temp⁹ presens signi  
ficare solet: in fine oratiōis cōmode collocat: vt **M**arc⁹ enī **L**ice.

**D**

qui maximis a te officijs se exornatū esse profitei: amplissimas ti-  
bi gratias agit: desideratq; aliquādo fore: vt cumulatissime tibi sa-  
tisfaciat. id enim ager libētissime: quoniā ipsum gratissimū esse co-  
gnoui: hoc igit exploratū habeas velim: Licronē semp tuū esse fo-  
re. Participia p̄terea: gerūdia: z supina i fine itē oratiōis aptis-  
sime poni possunt: Sed de his exempla videre poteris infra i p̄-  
cepto: vbi dicemus de participio. ¶ Vigésimū sextū p̄ceptū: Qd  
ante verbū vel participiū in fine orationis collocatū p̄sepe aliqua  
dictio lōga ponat: que p̄lixa dictio p̄ter egregiā illā sonoritatē  
quā affert verbū vel participiū positū in fine: efficit etiā oratiōis  
stilū magis extensū magisq; opimū. Que dictiones ex omnib<sup>9</sup> par-  
tibus grāmaticę orationis deduci possunt: de qua ratione pauca ti-  
bi exempla proponā: reliqua tu facillime cōsiderabis. Exemplū  
vbi nomē adiectiū superlatiū ante verbū in fine orationis ter-  
minatū cōtigue locat: vt si bonarū artū disciplinis operā accuratī-  
simā adhibueris: fructus ex ipsis q̄ amplissimos cōsequeris. Ex-  
emplū vbi aduerbiū superlatiū iuxta verbū in fine orationis po-  
nitur. vt Nullū enī agēdi aut cogitādi locū p̄termittēs res tuas  
diligētissime curavi. Exemplū vbi participiū ante verbū cōtigue  
locat: vt Quintū enī Sabiū ita pro dignitate tua vidi laborantē:  
vt eum virū equidē diligentē existimē. Exemplū de gerūdio an-  
te verbū collocato: vt Lū bonarū artū disciplinas necessarias esse  
ad bene beateq; viuendū existimē: ea igit ratione virtutib<sup>9</sup> a nobis  
inuigilandū est: vt dum ipsis recte fruēmur aduersę fortunę min<sup>9</sup>  
succumbendū sit. Exemplū de supino iuxta verbū posito: vt ego  
enim hac semp opinione ductus sui: vt in vero ingenio veraq; do-  
ctrina plurimū dignitatis z emolumentū constitutū putem. ¶ Vigē-  
simū septimū p̄ceptū est circa hoc verbum Sum es est: quod ita  
verbū cōmodissimū esse cōstat z necessariū: vt in omnibus ei<sup>9</sup> mo-  
dis: tempibus: numeris z p̄sonis tantas afferat oportunitates ad  
multas z varias oratiōes in dicēdo p̄tractādas: vt omnium pete



verborū pater z adinicalū merito iudicari possit. Nā p̄terea tem  
pora verborū passiuorū: deponentiū: cōmuniū z neutrorū defecti/  
uorū: tū etiā infinita: participia: gerūdia: z supina: ipso verbo q̄se  
pissime tantū indigēt: vt aliqñ vim suā cōmode q̄dē exprimere nō  
possent: nisi verbū ipsum Sum es ē: eis ipsis adiniculef: z in oi  
oratiōis parte suū prestaret adiuuamētū. Et omittēdo exempla in  
quibus dictio est: aliqñ pertinentiā ipoztat: aliquādo officiū signi/  
ficat: z aliqñ pprietatē demōstrat. Exemplū ponam⁹ vbi dictio: est  
post participiū in fine oratiōis cōmode locari solet: vt *Di* *Jarc*⁹ enī  
Brutus in causa nostra ita diligēs est: q̄ omēs p̄fecto ratiōes que  
nobis p̄desse possūt studiosissime p̄tractās est. Itē *Tantā* enī ope  
ram *Quint*⁹ *hortēsius* eloquētię studijs adhibitar⁹ ē: q̄ orator q̄/  
dē celeberrim⁹ propediē futurus est. Exemplū vbi dictio: est: post  
gerundiū collocat. vt *Hoc* a nobis diligēter obseruandū ē: vt bona  
rū artū studiū officiosissime a nobis p̄tractandū ē: aut studendi  
officiū enitēdū ē. Exemplū vbi dictio ē post supinū ponit: vt *Qd*  
a te mihi mādatū ē studiosissime quidē p̄fectū ē. Itē *hoc* enī ē faci/  
le dictu: sed nō facile factu ē. Notauī etiā q̄ post infinitiuū esse a/  
pte collocat participia oīz tēporū: que z elegantē hñt p̄sonantiā:  
z gratā itelligētię terminatiōē relinquūt: vt hec que sequūt exem  
pla declarāt vt *Accuratissima* illa quidē agēdi cura quā vidim⁹ *Lu*  
rionē p̄ te esse sustentē: satis nos admonere vidēt vt ipsum *Lu*  
in reb⁹ tuis iudicem⁹ esse diligentē. Itē *Quid* mihi de reb⁹ tuis cu  
randū mādasti velim tibi psuadeas id me libēter esse facturum. Et  
multa ad hñc modū similia exempla. **CXviii.** p̄ceptū. *Quantū*  
in r̄betorica oratione struēda hoc sit p̄ceptū p̄ter cetera diligē/  
ter obseruandū: vt in fine oratiōis verbū aliquod collocet: qd̄ ora/  
tionem splendidā: p̄stantē: ac plurimū resonantē efficiat: p̄sepe  
tñ p̄tingit: vt verba illa que i oratōe cōcurrūt collocāda: aut breuia  
sint: aut parū efficacia: aut q̄si muta: aut paz resonātia: aut fuerint  
adiectiuū aliq̄d z substantiuū cōmode intersecātia: z alie m̄lte dictio /

nes: que vel longiores vel cōcinniores esse constent: in fine oratio-  
nis longe aptius videantur terminari: non erit incōmodum si a/  
lias cōmodiores dictiones in fine orationis collocemus: quas eō/  
dem dictiones ex omnib<sup>9</sup> partib<sup>9</sup> grāmaticę oratiōis verbis & in/  
teriectionib<sup>9</sup> exceptis: vt in sequētib<sup>9</sup> descriptis exemplis videre  
potes: apte quidē desumere poteris. Exemplū de nomine pprio  
in fine ornādę orationis terminato: vt *Litteras tuas ad me deu/  
lit Antonius: quas tuo nomine mihi assignādas: sibi cōsignauerat*  
*Di. Tulli<sup>9</sup>.* Exemplū de appellatio: vt preclarissimas equidē vir-  
tutes adamarūt semp prestantissimi viri & officiosi homines. Ex-  
emplū de appellatiuis in tus & in tio terminatis que egregiā elo-  
cutionis suauitatē efficiūt: vt tanta quidē erat Gasparini Barstij  
pgameñ. in legēdo elocutiōis sonoritas: & in cōmutando humani-  
tas: vt neminē vnq̄ offendere potuisset. illa eius dicēdi ac conuer-  
sandi cōmunicatio: quoniā ex ei<sup>9</sup> p̄nunciatione melle dulcior flue-  
bat oratio. Exemplū de nomine p̄mitiuo in fine posito. *Tua q̄/  
dem erga me officia p̄petuo cōmemoratu digna id efficiūt: vt non  
minus te diligā ac si mihi pprius esses frater.* Exemplū de deri-  
uatiuo. *Di Jaximope te semp adamabo: quoniā amore me sēp ob/  
seruasti cōfraterno.* Exemplū de comparatio in fine posito. Non  
potuissē in reb<sup>9</sup> tuis fieri diligētior: p̄ quib<sup>9</sup> equidē tantā adbi-  
bui carā: vt nulla a me potuisset adhiberi maior. Exēplū de super-  
latiuo. *Omni<sup>9</sup> i reb<sup>9</sup> sedulo me tibi compies paratissimū: quoniā  
in omnib<sup>9</sup> etiā meis cognoui te mihi semp obsequentissimū.* Itē  
*Pompeius vir in omnib<sup>9</sup> rebus subtiliter considerādis fuit pru-  
dentissim<sup>9</sup>.* Itē *Di Junns hoc recepi a te suauissimū.* Exemplū  
vbi oratio in nomē aliquod egregiū & insigne terminatur: vt *Que  
ad me scribis sunt egregia: & hoc op̄p̄eciū laudat.* Similiter lau-  
datur si oratio dictionē habeat vniversalē negatiuā in fine: vt nul-  
lus & nemo. vel affirmatiuā: vt omnis & quilibet. Exemplū de ne-  
gatiua. *Que te magis diligā habeo neminē.* Exemplū de affirma

tua. Que vir bon<sup>9</sup> facit laudat omnes. Exemplū de participio no-  
mine in fine posito: vt Horū que mihi proposuisti vellē neutrū: s;  
tamē si elaborandū ē in alterutro: vt nobis omnino suscipiendū sit  
alter: placet magis supius: cū presertim necessario eorū a nobis in-  
grediendū sit alter. Exemplū de p<sup>o</sup>nomine primitiuo in fine ora-  
tionis posito: vt Qualis erga te semp extiteri ego: facili<sup>9</sup> lōge po-  
tes iudicare tu: q̄ tibi psuadere poterit is ille: qui optie nostri con-  
uersioni plurimū studet esse detractū. Exemplū de p<sup>o</sup>nomine de-  
riuatino. Qm̄ tibi p̄missim<sup>9</sup> atq; omnib<sup>9</sup> i reb<sup>9</sup> obsequētissim<sup>9</sup>  
anim<sup>9</sup> fuerit me<sup>9</sup>: hoc relinquā aio iudicandū tuo. Exēplū de par-  
ticipio i fine oratiōis terminato: vt Sū p̄pediē ad te vētur<sup>9</sup> q̄ plu-  
ra tecū ad vtriusq; nostrū cōmoditatē p̄inētia cōmentatur<sup>9</sup>. Ex-  
emplū de gerūdio in fine posito. De tuis reb<sup>9</sup> a me nullū p̄fecto  
temp<sup>9</sup> p̄termittit<sup>9</sup> z agendi z cogitādi. Exemplū de supino: vt  
Quātōpē te diligā esset p̄fecto p̄difficile dictu. De quoz partici-  
pioz gerūdioz z supinoz rōne: infra i p̄cepto de participijs dice-  
mus lati<sup>9</sup>. Vidēda nūc sūt nōnulla de aduerbijs exempla in fine  
ornāde oratiōis collocatis: Et primo de aduerbio tēporis. Scio te  
mihi amicissimū fuisse semp. Itē. Ex amplissimis tuis v̄tutib<sup>9</sup> ma-  
gnū te viz existimaui semp. Itē nunq̄ potui quicq; agere: quin tu  
mihi fueris cōtrari<sup>9</sup> semp. Exempluz de aduerbio loci. Optie co-  
gnouisti me nō solū amicū tibi extitisse int<sup>9</sup> z foris: sed etiā me ti-  
bi defuisse nusquā: aut q̄cq; me tibi denegasse nusq̄. Exemplum  
de aduerbio optādi. Hannibal Romanū imperiuz plurimū defati-  
gavit: q̄ Italiā nunq̄ attigisset vtinā. Exemplū de aduerbio ne-  
gādi. Multa eni mala nup̄ cōflata z agitata fuisse dicūt: sed pluri-  
muz gaudeo hoz te attigisse nihil. Exemplū de aduerbio affirmā-  
di. Ita res ē vt nobis narraisti p̄fecto. Exempluz de aduerbio du-  
bitandi. Que nobis futura dicebas fortasse nobis euenire possent  
fortuito. Exemplū de aduerbio iurādi. Nō faciā medicūstidi<sup>9</sup> ne-  
q; dicā hercle: que mihi probabili<sup>9</sup> non videbunt.

aduerbio qualitatís. Tua i me bñmerita nō solū retribuā singula/  
tim: sed etiā tibi satisfaciā cumulatim ac multibpariā. Itē Quoniā  
eo fato natus sum: z talē meā fortunā esse intelligo: vt nemo mihi  
quicq̃ cōsulat: nisi quod in magnū suū emolimentū redūdare ar/  
bitro: cōstitui igit̃ meū velle deinceps viuere meum. Itē. Tuas  
litteras legi libenter: z audiui tabellariū diligēter: qui statū tuū mi  
hi narrat ppolite atq; suauiter: z cōes etiā casus q̃ ferres fortiter z  
moderate. Exempluz de aduerbio ordinis. Multa sum p literas  
meas tibi significatur<sup>9</sup> deinceps z te semp amatur<sup>9</sup> magna in te be  
neficia collatur<sup>9</sup> p̃terea: vñ meā in te voluntatē que optima ē bñ  
ficiozū loco suscipies iterea: Exemplū de aduerbio remissiuo. Lū  
tantē mihi nō suppediet facultates tibi satisfaciā paulatim: z qua  
ratiōe id meli<sup>9</sup> fieri possit pedetētim. Exemplū de aduerbio iutē/  
siuo. Exopto q̃ plurimū: vt ad me venias penit<sup>9</sup> quod op<sup>9</sup> ē oino.  
Exemplū de aduerbio similitudinis. Sicuti optima fide te admo/  
nui: velim facias ita. Inter cetera autē aduerbia cōpatiuā z supla/  
tiuā in fine oratiōis posita: concinnā faciūt sonoritatē. Exempluz  
de aduerbio compatiuo. vt Qd̃ rogas vt negociū tuū curare velim  
diligenti<sup>9</sup>: hoc tibi psuadeas velim: nulla quidē ratiōe agi potuisse  
studiosius: nec curari amanti<sup>9</sup>. q̃ est actū: nec p̃fici accurati<sup>9</sup>. Ex/  
emplū de aduerbio suplatiuo. Video enī te vitā agere prudentissi  
me: cū oīa que ad bñ viuendū pertinēat p̃scrutaris accuratissime:  
atq; p̃sequeris diligentissime. Itē. Que mihi mādasti conseci oīa  
cumulatissime. Nūc ponenda sunt p̃positionū exempla. z primo  
de p̃positione ante. vt Ex hoc maximo tuo in me bñficio te pluri/  
mum diligo: quod ex amplissimis tuis etiā virtutib<sup>9</sup> fecerā multo  
ante. Exemplū de p̃positione citra. Scribo frequenter amicis  
nostris: quod non feceram multos annos citra. Exemplū de p̃e/  
positione contra. Tanto enim omnīū hominū consensu Licero ro  
manorū consul creatus fuit: vt in ipso magistratu creando nemi/  
nem habuerit contra. Exemplum de p̃positione ultra. Recepi

duas a te litteras & tres rationes nec ultra. Exemplum de prepo-  
sitione coram. Sed hec multa explicaturus sum apertius illo co-  
ram. Exemplum de prepositione clam. Que agere constitui ita  
probabilia esse constant: ut nihil sum facturus clam. Exemplum  
de prepositione palam. Omnia profecto que officiose recteq; sunt  
possunt omnibus significari palam. Postremo pauca vide de co-  
iunctione exempla. Et primo de coniunctione approbatiua in fine  
ornande orationis terminata. ut Quod mihi mandasti diligenter  
perficiam: nam ita meruisti quidem. Exemplum de coniunctio-  
ne collectiua: rationali: vel illatiua. Quid faciam ergo: deceptus  
sum igitur. Reliquum est itaq;: ut deinceps accuratissime mecum  
considerem. quibus credam: quosq; cauere debeam. Exemplum  
de coniunctione dubitatiua. Studebis ne: ocio inarcessis ne. Ex-  
emplum de coniunctione diminutiua: Quod si tu ad me accedere  
non potes: litteras mihi tuas que de his rebus quas scire desidero  
me admoneant velim mittas saltem. Sui prolixior in hac qua co-  
stitueram preceptione: sed multitudo exemplorum: & quidem do-  
mesticorum circa omnes grammaticę orationis partes inciden-  
tium: huiusmodi in causa fuerunt prolixitatis. ¶ Vigesimo nono  
preceptum. Quod verbo subiunctiuo interdum pro indicati-  
uo utamur. ut Illud a te velim: pro volo. Et iste est frequens & ele-  
gans apud oratores mos. Illud si feceris pro facies. Similiter fu-  
turo infiniti verbi in iri desinentis interdum pro presenti eiusde uti-  
mur. ut factum iri: pro fieri: & hec est electissima preceptio: nemini  
dubium est. ¶ Trigesimalum preceptum est circa multiplicandam ex  
verbis orationem. Nam quanq; verba siue in principio siue in me-  
dio siue in fine orationis collocata: tanta in dicendo oportunitate  
habeant ut ex unico verbo oratio pfiat possit & illustrari: tamen mul-  
to magis ex pluribus multiplicatis verbis & augetur & maxime resul-  
tat oratio. Cum igitur aliquando uehementem aliquem mentis conce-  
ptum explicare cupimus: aut rem magis claram & magis apertam

demōstrare volum<sup>9</sup>: multiplicatis v<sup>9</sup>bis id efficere poterim<sup>9</sup>. Ex/  
emplum vbi snia ex verbis simpliciter explicat. vt Qm litterarum  
virtutes tales esse constāt: vt tot<sup>9</sup> mund<sup>9</sup> ex ipsis gubernet: re bor  
tor atq; rogo: vt ad eas tibi comparādas cures: vt virū ex ipsis te  
prestāntissimuz reddas. Que quidē snia sic ex verbis multiplicari  
pōt. Qm litteraz virtutes tales esse constāt: atq; huiuscemōi sem  
per extiterunt: vt ex ipsis vniuersus terraz orbis gubernet: adiuue  
tur: z cōseruat: nō solum te plurimū adhortor atq; moneo: verū e/  
tiā p sūma nostra familiaritatis cōiunctiōe maximope te rogo: ex/  
oro: obtestor: atq; te vehementissime cōtendo: vt p ipsis litterarū  
ornamētis cumulatissime tibi compandis: tantope cures: labores  
insudes: inuigiles atq; incūbes: vt viz ex ipsis te reddas prestānti/  
simū. Itē aliud exemplū De nostra repu. bonā e quidē spem con/  
cipio. nā qua ratiōe res omēs agerent: audiui: intellexi: iterfui: vi/  
di: cognoui. Itaq; a nobis sedulo excogitat: tenet: puidet: delibe/  
rat: agit z nihil p̄mittit: vt cōis salus detrimēti nihil patiat at/  
q; diutissime cōseruet. ¶ Tricesimūprimū p̄ceptuz est circa par/  
ticipia: gerūdia z supina in cōpositiōe oratiōis artificiose tractāda:  
que quidē participia gerūdia z supina ea ratiōe a verbis deducū/  
tur: vt tā ipsoz verboz q̄ etiā nominū adiectiuoz vim: efficaciam  
z ratiōe magnā cōplectant. Possum<sup>9</sup> ergo nostrū dicēdi stilū ex  
participijs in omnib<sup>9</sup> eorum tēporibus atq; casib<sup>9</sup>: z in principio  
z in medio ac in fine oratiōis collocatis ornate elegāterq; cōtexe/  
re: atq; negotiorū snias: que ex prolixa nimis dicēdi ratiōe sepe  
numero cōtractant: ex ipsis participijs cōplecti: tum etiā ex gerū/  
dijs atq; supinis in omni eoz terminatiōe oratiōe r̄betoricā pos/  
sumus aptissime cōponere. De quib<sup>9</sup> omnib<sup>9</sup> ex ordine exempla  
subsequunt. Exemplum de participio p̄sentis tēporis. Comple  
ctens ego amplissima tua in me b̄nmerita: beniuolenti memoria  
sum quotidie perscrutās: qua ratiōe parib<sup>9</sup> tibi officijs correspon  
dere possum: nec est tamē in p̄sentiaruz potestas mei sedulo de te

cogitatis: et tua in me beneficia continua cum recordatione repetentis: ut  
quod ego in te fieri desiderem: exsententia perficere valeam. Exemplum  
de participio preteriti reponis. Imitatus ego libenter illos praeceptorum  
vitae: qui viri habitus sunt officiosi: secutus sum libenter mores Licero-  
nis: studia bonarum artium sedulo imitatus. Nam profecto Licero-  
ni omnibus studiis a puericia dedito ita omnes commodissime elocutionis  
diuitiae: et officiosissime boni vivendi rationes successerunt: ut omnes ho-  
mines tantam cum eloquentiam consecutum esse conspiciant: quod eum cumulatam  
equidem oratorem faciliter comprobant. Exemplum de participio futuri  
reponis in rus: in principio in medio et in fine orationis posito. Du-  
bitatus sum tandem de negotio nostro: quod diu recepero litteras. *De*  
*Bruto*: mihi significaturi quid de re ipsa factum fuerit: cui Bruto pro  
nobis maxime laboranti curam ipsam meam ea spe commisi: et comen-  
davi: ut sperem ipsum curam hanc nostram diligenter curaturum: et digni-  
tatem nostram tandem conservaturum. Exemplum de participio futuri tem-  
poris in dus. Vituperanda res ut scribis tibi delata est: quae nullo quod-  
dem pacto exsententia tua fuerit attingenda. quod Dionysium quem mul-  
tis vitiorum criminibus inquinatum esse dicis: meis officiis comple-  
ctendum susceperim: cuius rei curam recte intelligas velim. nam cum mi-  
hi acerbissimis molestiis affecto: ac etiam maioribus afficiendo: maxi-  
mo mihi Dionysius ipse adiumento fuerit: iustum esse iudicavi ut mu-  
tuus sibi officiis responderem. Itaque ipsum Dionysium ea quidem rati-  
one mea fide recepi defendendum. Iniquum enim nimis extitisset: si  
meam debitam sibi operam denegassem. Exemplum de gerundio in di.  
Quod ad te scripsi: illud exercendi potius: quam ostendendi ingenii causa  
feci: et amandi tui occasione mihi propositum est: ut nihil quod tibi condu-  
tere existimem difficile mihi videri posset: et utinam ea esset mihi age-  
di oblata facultas: ut aut consolandi aut iuvandi rationem aliquam pos-  
siderem: quod si hoc esset nullum profecto locum ornandi pretermitterem. Ex-  
emplum de gerundio in do. Qui reipublicae gubernationem suscipiunt  
facilitatem in audiendo: humanitatem in agendo: promptitudinem in

fatissaciendo seruare debent. neq; enim reip. deficere deberent: di-  
cendo: consulendo: argumentando: persuadendo: comonendo: iu-  
uando: nec si opus fuerit mortē effugere debent in periculis com-  
morando. Exemplum de gerundio in dum. Cum ea quidē ratio-  
ne nati sumus vt aliquid semper dignum viro a nobis tractanduz  
sit: non est ergo nobis negligendū sed diligenter potius procuran-  
dum: vt officiosum semper aliquid sit agendū: nec tamen cōtra na-  
turam est pugnandū: sed in recto quidem proposito semper est p-  
manēdū: & (vt sapientis mos est) temporib<sup>9</sup> est assentiendū. Ex-  
emplū de supino in tum terminato in oratiōe rhetorica commode  
tractando. Cū se penumero a me quesitū esset quid apud maiores  
nostros sapientes viros vsitatū fuisset: intelligebā ab ipsis reipn.  
in primis esse satisfactū: sed post q̄ ab ipsis ex nimia eorū arrogan-  
tia & intollerabili potentia itum est ad arma: ab ipsis postea desitū  
est: reip. recte gubernare: optime igitur ab illis vrbibus actum ē  
& sapientissime constitutū: quē tales ciues habere volunt: vt alius  
alium potentia superare non possit. Exemplum de supino in tu.  
Disagna fuit disceptatio inter. Q. Liceronem & M. Tullium eius  
fratrē. Vtrum eloquentia eo pacto a natura hominibus esset inse-  
ta: vt dicendi p̄ceptione opus non esset: an ars de dicēdo aliqua  
dari possit. Q. enim Licero dicebat eloquentiam ea ratione a na-  
tura esse hominibus datam: vt ipsi homines naturaliter se exercen-  
tes: quicquid vellēt psuadere possent. M. Tullius autē ratios ostende-  
bat ex quib<sup>9</sup> cōmodissimū esse extabat dicēdi artē fuisse inuentam  
maxime necessariā & optimā esse factū: q̄ homines ipsam discerēt  
ac ptractarēt: quoniā oia sunt ex arte ipsa facilioza dictu & elegan-  
tiora quidē instructu. ¶ Tricesimūsecundū p̄ceptū est. quo nā pa-  
cto participia oratiōes amplificāt & rerū sententiā breuiter comple-  
ctunt. Participia enim tū multas in dicēdo nobis afferūt commo-  
ditates: tum etiam sunt optime accomodata: vt oratoria dicendi  
ratio admodum augeatur: & rerum sententię quę amplam verbo /



rum copiam expeterent: breuibus quidem uerbis ex ipsis partici-  
pijs intercedentibus comprehendant: sicut hoc loco et nuda exem-  
pla: et etiam ex participijs amplificata conspicias. Exemplum ubi sen-  
tentia ex participijs breuiter comprehendit. Scipio Africanus Ro-  
manus consul creatus: urbem Romam a barbaris oppressam in pristinam  
libertatem uendicauit. hec quidem oratio ex participijs sic multi-  
plicatur: et nihilominus orationes ex eisdem participijs breuiter com-  
prehendunt. Publius Scipio Africanus amore reipublice conseruandae  
vehementer incitatus: una omnium senatorum uoce atque consensu  
consul creatus. Hannibalem Italiam crudeliter deuastatam profugauit.  
Carthaginem nimis perniciose ciuitatem euertit: Numantiam Romanos  
molestissime defatigantem superauit: et Romam acerbissima bellorum  
calamitate oppressam: a turpissima barbarorum obsidione liberauit:  
et in pristinam libertatis dignitatem uendicauit. Exemplum ubi eadem  
oratio ex multis participijs augmentatur. Marcialis Valerius uir  
equidem uigilans: intelligens: prouidens: atque sapiens: amicis con-  
sulens: succurrens: fauens: gratificans: et benefaciens: cuius fides:  
uirtus: et amicitia iam diu mihi animaduersa: perspecta: cognita ac  
explorata est: cum ad te profectus et tibi coram iudicio tuo eius ra-  
tiones sit declaraturus: ordinaturus: acturus: atque commentatu-  
rus: te rogo ut eum recipias tua benignitate amanter adhortan-  
dum: iuuandum: ac defendendum. Exemplum ubi gerundia atque  
supina rhetoricam elocutionem exaugent. Quoniam a precepto-  
ribus nobis est data ratio studendi: cogitandi: intelligendi: discen-  
di: scribendi: agendi: commentandi. Est igitur nobis diligenter a-  
nimauertendum: curandum: atque peragendum: ut consulendo: con-  
solando: atque iuuando: cumulate ipsis nostris admonitoribus satisfaciamus:  
ut qui hoc a nobis sic actum ac uisatum esse intelligat: id opti-  
mum cognitum factum atque uisatum esse diiudicet. ¶ Tricesimum  
tertium preceptum est circa aduerbia: quae ut te minime fugit in dicendo  
sunt idonea et quodammodo necessaria: ad amplificandum orationis

stilum ad modum accommodata. Nam quemadmodum adiectiva nomina sunt eorum substantiuus: ita comoda et sibi famularia: et ipsorum substantiuorum vi naturam ac proprietatem explicat et aperit. Ita etiam aduerbia sunt optime interpretantia: quale efficaciam: quale facultatem: quale substantiam: qualeque uehementiam: uel uerba uel participia secum apponent. Si igitur uerbis ac participiis cuiuscumque temporis constet in nostra oratione rhetorica tractatis: idonea quidem aduerbia siue positiua siue comparatiua siue superlatiua adiuxerim: orationem profecto nostram commodissimam efficiemus: et ipsius orationis sententiam reddemus explicatiorē. Ut hoc tibi monstrabit exemplum. *U*bi enim Cicero usque ab adolescentia accurate quidem aduertens: que res homines potissimum prestantissimos efficere soleret: et ut magno animo insignitus plurimum sperans Romanam rempublicam aliquando se recte gubernaturus: protulit egregias bonarum artium disciplinas: eas illas potissimum consistere que ciuitates atque prouincias optime gubernaret. Statuit ergo sententias illas ab eo esse penitus obseruandas atque summo precepto celebrandas: quod cum studio esset accuratissime inuigilans quam ceteri: tanta sibi scientiarum ornamenta cumulatissime nactus est: quod ipse summus orator copiosissime factus. Romanam rempublicam prestantissime gubernauit: et multa librorum uolumina ceteris futuris hominibus erudiendis commodissime descripsit: et nomen suum immortalitati diuinitus commendauit. *U*tricesimum quartum preceptum est singulare. Quod sepe loco aduerbij ponitur adiectiuum cum substantiuo in ablatiuo casu: dummodo aliquam magnam animi uel alterius rei uehementiam adiectiuus cum substantiuo importet: et immediate ante uerbum uel participium collocet: que quidem preceptio orationem efficit splendidam: et suam reddit efficacem. Ut in hoc intueberis exemplo. *U*bi enim Cicero usque ab adolescentia ad egregias bonarum artium disciplinas exardescens animo conspirans: maxime sperans amplissimas se exinde commoditates accuratissimo eius ingenio consecuturum: ita erat ipsis scientiarum studiis assidua diligentia dedit: quod ipse tanta summa studiorum ornamenta fuit continua exercitatione consecutus ut ce

teros omnes oratores celeberrimos virtute superavit. ¶ Tricesimū  
quintū præceptū. Quò aliquando propter nimium animi affectū & ve  
bementiā duplicam<sup>9</sup>: & eleganter quidē hoc aduerbiū: Etiā. vt Te  
etiā atq; etiā rogo. De aduerbijs autē Cum & tum: quo nā pacto  
cum generalitatē significat: & tum specialitatē importat: & qua rati  
one in elocutione rhetorica sint tractāda: quanq̃ ordinatius hoc ī  
loco de eis tractandū esset: vidim<sup>9</sup> supra in septimo in ordine præ  
cepto. ¶ Tricesimū sextū præceptū. Quod aduerbia positina com  
paratiua & superlatiua rhetoricā elocutionē plurimū exaugent. vt  
in hoc exemplo patet. Laute etiā prudenter cōmode liberaliter at  
q; magnifice in dignitate prætoria te semp habuisti: neq; etiā accu  
ratus aut viriliter vel cōmodius a te fieri potuisset: q̃ est actum:  
de iusticia: q̃pperitissime rectissime atq; magnificētissime guberna  
sti. Quo autē pacto aduerbia orationes multiplicēt: quoniā illud  
sine coniunctionū in primis & relatiuorū adiumento efficere non  
possunt: infra in præcepto dicam de coniunctionib<sup>9</sup> quod de mul  
tiplicatione erit. ¶ Tricesimū septimū præceptum circa cōiunctio  
nes sequit. Nam coniunctiones multis ex causis in nostro dicēdi  
genere accidunt necessarię. In primis enim coniungunt dictiones  
nominū verborū participiorū pronominū præpositionū & aduer  
biorū. Coniungūt etiā orationes atq; sententias. Valent insuper  
plurimū ad ornandū atq; amplificandū orationis stilū. Et quanq̃  
cōiunctiones omnes in cōcinna dicendi cōpositione locū habent:  
quia tamen copulatiue disiunctiue & aduersatiue: cōiunctiones in  
oratione oratoria crebrius ac aptius q̃ ceterę pertractant: aliquid  
ergo de ipsis potissimū videt esse cōmemorandū. Unde copula  
tiue coniunctiones atq; disiunctiue sæpenumero in oratione rhe  
torica interierunt: quo vetustate etiā atq; vehementiā non paruā  
important: vt apud omnia oratorū volumina refertissime demon  
stratur. De quo hoc tibi exemplū erit index. Cum mecum diligē  
ter animaduertā mi Jobānes: & quantā bonorū oportunitatē: libe

ralium artium scientie hominibus afferre consueverunt : et quanta sit  
celeberrimi ingenij sui suavis : illud mihi occurrebat : ut ad ipsas  
litterarum virtutes te vehementer adhortarer : in quas si accuratissi-  
me incumberes et multas et magnas emolumentorum opportunitates  
tibi compares. Nam siue oblectatione siue admiratione siue animi  
requie desideres : aut honore aut laudem aut gloriam expetas : vel diui-  
tiarum copias : vel bonorum opportunitates : vel rerum facultates ado-  
ptas : hec omnia profecto : scientiarum emolumenta suppeditare consue-  
verunt. Rectam ergo atque commodam vivendi rationem imitaberis : si  
ipsa studiorum ornamenta vigilantissima diligentia prosequeris. Nunc  
de aduersariis coniunctionibus noster erit sermo. Nam coniunctiones  
aduersariarum hec constare videntur : licet quisquam : etsi : tamen : etiam  
si : et iametsi . de quibus . *U3* . Licero nunquam usus est hac dictione licet  
pro coniunctione : quoniam dicitio est ambigua que verbum etiam signifi-  
cat. Hec tamen ipsa dicitio licet ab ipso Licrone usurpata est pro ver-  
bo significante licitum est . Ut in hoc exemplo . Quoniam exactis iam  
bellorum calamitatibus : optata pace nobis frui licet : mihi ergo dein-  
ceps pro litteras tecum iocari licet . Raro etiam vel rarissime potius a-  
pud eundem Licronem hec dicitio quisquam reperta est . Alii vero videli-  
cet quisquam etsi tamen etiam si et iametsi sunt in ipsius Licronis vo-  
luminibus frequenter . De quibus hoc tibi exemplum adduco . Etsi  
quas oratoria facultas opportunitatis accessiones parere valeat mi-  
Ruperte : non solum explicare : sed etiam vix tibi connumerare possem :  
quia tamen ea me semper tantopere delectavit ut magnam illi facultati o-  
peram adhibuerim : et non parvam etiam ex ipsa opportunitatis com-  
moditate mihi compauerim : constitui te ad eam capescendam pluri-  
mum adhortari debere : que quisquam tibi viro admodum peritissimo  
maxime nota iam esse debeat : qui multa profecto pertractasti : ta-  
men te hortor quisquam summo : ut ad eam tibi cumulatissime compan-  
dam summis viribus incumbas : tamen hec mea apud te adhorta-  
tio minime necessaria videatur : qui ut a pluribus audiui ad o-

innes bonarū artium disciplinas ardentissimus esse indicaris. p̄ge igit̄  
vt cepisti: z hāc bene dicēdi rationē ita vt ceteras agis studioꝝ vir  
tutes: fac dies noctesq; cōplectaris. ¶ Tricesimū octauū p̄ceptū.  
Qd̄ interdū hęc cōiunctiōes: Lū si: z similes postponunt̄ dictioni/  
bus: quib⁹ p̄poni cōiter cōsueuerūt. vt Omēs cū honesta facim⁹  
nihil est quod vereamur. Ad nos si tēpestine accessisses: omia nūc  
trāsacta essent. P̄terea cōiunctio copulatiua: z: interdū elegāter  
pprijs interponit̄ nominib⁹ in oratiōe laudis: vt z Lato z Licero  
Idē in vitupio attēdi pōt. Insup̄ interdū sup̄sedere solem⁹ ab his  
duab⁹ cōiunctiōib⁹: vt z q; vt i hoc exemplo. Vt boneo que te di/  
gna sunt facias: Vbi tamēsi q; vel vt itelligat̄: tū cōmittit̄ q; non  
exprimat̄. ¶ Tricesimū nonū p̄ceptū ē circa multiplicandā ex cō/  
iunctiōib⁹: ex aduerbijs: z ex relatiuis orationē. Nā aduerbia z  
cōiunctiōes atq; relatiua substantię z accidētis vna cū ipsis aduer  
bijs z cōiunctiōibus cōtractata: plurimas simul orationes multi  
plicando coniungūt. Aduerbia enim ista: tam tantū tantope tanti  
sper adeo vsq; adeo ita tandiu toties catenus z cōsimilia: ea quidē  
ratione multiplicāt oratiōes: q; post vnā orationē aut plures ex i/  
psis aduerbijs cōfectas: necessario succedit ista cōiunctio infinitās:  
vt vel q; aut sequit̄ aliquid hoz aduerbioꝝ quoad quantope q̄dū  
quoties z cōsimiliū: quarū equidē dictionū: quelibet oratiōes mul  
tiplicat. Vt in sequēti declarabit̄ exemplo. Que tua in me b̄nmeri  
ta cōtulisti: eoz tantā video cōstare magnitudinē: vt parē officioꝝ  
gratiā merito tibi referre debeā. Hęc quidē sentētia ex trib⁹ vt vi/  
des est orationib⁹ fabricata. hāc poteris ad. xij. vsq; oratiōes mul  
tiplicare: p̄ aduerbia cōiunctiōes z relatiua. Quoties aut̄ vel ad/  
uerbiū vel cōiunctio vel relatiuū repetit̄: totiens vnā tibi sup̄ad  
dit orationē. vt sic. Que tu in me b̄nmerita cōtulisti: eoz tantā vi  
deo cōstare magnitudinē: ex quibus ita commodissime exaggera/  
tus sum: q; res omnes meas ea quidē ratione cōstabilui: vt nullā  
calamitatis mutationē: q̄ duratura sit: recipe posse videant̄: vt nisi

beneficiorū in memoriam haberi velim: quod ego semper tantoperè ef-  
fugere conatus sum: vt nihil vnq̄ magis evitandū esse duxerim:  
talē officiorū gratiā merito tibi referre debeā: vt tuis me beneme-  
ritis: quę memoriā profecto cōplector sempiterna: condignū exti-  
tisse faciliter iudicare possis. ¶ **Quadragesimū** preceptū circa præ-  
positiones consistit. Præpositiones enī eo in primis necessarię di-  
cuntur: q̄ his verbis quę aut sunt imperfecta: aut non satis potētia:  
vt sententiā per se perfectā efficere possint: ad eam perficiendam ⁊  
⁊ longiorē pducendā plurimū adnūciant. Huic accedit q̄ ipse  
præpositiones possūt in principio in medio ⁊ in fine oratiōis cōmo-  
distime collocari. S; omniū præpositionū hę duę: Erga ⁊ in: præ-  
ter ceteras in oratione rhetorica locū habēt: quę ⁊ ad ornandas ora-  
tiones ⁊ breuiandas sententias optime sūt accommodatę. Nā sepe-  
numero totiens verbū in oratione concinne taceri potest: quotiēs  
harū duarū præpositionū: erga ⁊ in: aliqua fuerit in oratione tra-  
ctata: nisi fortasse quod sepiissime fieri videm⁹ vim apportaret ha-  
rum duarū præpositionū pro ⁊ contra: De qua ratione exempla  
sequunt. Si tanta Solonis in suā rempub. atheniensē bñmerita fue-  
runt: quantā P. Africani erga rempub. Romanā extitisse legim⁹  
certe quemadmodū Africano Romani ex immortalib⁹ eius in ipsos  
beneficijs perpetua deditioe tenent: Ita etiam Athenienses ipsi  
Soloni ob innumerabilia ipsius erga eos officia: sempiternis equi-  
dem demeritis astringunt. In hoc ergo dicendi genere quod expo-  
sui: ille duę præpositiones: in ⁊ erga: sustinent vicē huius præposi-  
tionis pro. Alię vero duę præpositiones postea sequētēs sc; in ⁊ er-  
ga verborū locū tenent: quę nisi in orationib⁹ interpositę fuissent:  
necessitas orationis postulabat: vt in loco ipsarum præpositionū  
expressa verba fuissent interposita. ¶ **Quadragesimū primū** præce-  
ptum. Qd̄ interdū præpositiones quę cōmuniter præponi consue-  
verūt: postponant: quales sunt In sub ad apud propter præ ex ob  
⁊ similes. vt in his exemplis. Omnib⁹ in rebus honestas apprime

placet. Nemo est qui non divina sub potentia constitutus sit. Atticam ad urbem postquam accessi forte mihi Socrates occurrit. Nolana apud me hannibal a Diarcello in fugam versus est. Tuam propter causam omnes carimus patria. Omnes contra hostes reipublice semper infestus propter defensionem libertatis nostrae fuit. Vestra pro benivolentia nihil tam mihi difficile est quod non libenter suscipiam. Junonio et phano multa signa erepta sunt. Nostris ex agris pecunia omne abactum est. Civile ob causam multas contentiones suscepi. Rege ab opulento exceptus sum. Idem intelligendum est de adverbiorum ordinibus: quae sunt Deinde deinceps interdum interea praeterea et item. ut Tua debet erit cura ne quid detrimenti accipiam. et ad hunc modum reliqua. Hac ratione latinam orationem in his et similibus modeste si utimur concinnior efficiamus: modo ea sint ab illustribus oratoribus et poetis recepta. Consuevit autem Cicero nonnumquam hanc praepositionem cum huic ablativo quo postponere: ut quo cum: pro cum quo: quod male consonantiae causa eum fecisse arbitror: nos vero in mecum tecum secum nobiscum vobiscum consuetudinem hanc retinemus: sed in qui cum praeinde iste modus loquendi abolevit. Similiter haec praepositio de interdum a Licet suo casui postponitur: ut in .ij. ad Herennium cum inquit. Utrum enim ea res sit similis ei rei qua de agitur: quod item a nostro usu discessit. ¶ Quadagesimum secundum praepositum est circa praepositiones quae orationes multiplicat. Praepositiones equidem quam ad orationes simul adiungendas sepe penumero vias aperiunt ne aliquando sine ipsis nostrum mentis conceptum commode perficere possemus. idcirco ipse praepositiones erunt a nobis in coniungendis multiplicandisque orationibus plurimum considerande. Exemplum ubi sententia sine praepositionibus simpliciter explicat. Cum praetor urbanus creatus sum: tuam mihi praesentiam necessariam esse dico: ut ipsam praeturam melius gubernare possim. Quae sic ex praepositionibus multiplicat sententia. Cum propter exitum reipublice negotiorum magnitudinem ad urbem accessissem atque in senatum me contulissem: ibi a senatoribus contra voluntatem meam: et praeter opinionem praetor urbanus creatus sum: in quo equidem gubernande praeturae magistratu prudentiam mihi tuam necessaria

£

riam esse puto. ¶ **Xliij.** præceptū sit circa interiectiones: que tam  
et si crebrius apud poetas q̄ apud oratores contrectent: aliquādo  
tamen cum aut aliquā leticiā magnā: aut cum molestiā: aut admi-  
rationē: aut indignationē: aut spem: aut timorē: aut aliquas huius-  
modi animi passiones significare volumus: eas etiā in nostra dicen-  
di ratione possumus tractare. hoc scilicet modo: Proh bone Ihesu  
clementiā tuam imploram⁹ tantas heu tāq̄ acerbissimas atq̄ itol-  
lerabiles bellorū ⁊ penurie calamitates sēp ita propiciemur. Vah  
q̄ infelici celorum constellatione nati sumus: si tam gravibus mo-  
lestijs semper excruciarī debeamus: Sed heu benignissime deus  
tua deniq̄ clementia confisi vniuersam tuę misericordię bonita-  
tem sūmis precib⁹ obsecramus vt tantorū nos malorū incōmodis  
liberes: ⁊ in tranquilla nos status cōditione stabilias. ¶ **Xliij.** præ-  
ceptū. Qd̄ interdū post eum orationis sensum: qui perfectus ē gra-  
uius aliquid addatur: quod affirmando exornet: ⁊ auditorib⁹ rem  
gratam efficiet. vt in hoc exemplo: Vir fortis omnia pro repub.  
adibit pericula: ⁊ id quidem impigre. Cōmouent enim auditorum  
animi vehementius q̄ si dixisset. Vir fortis omnia pro repub. im-  
pigre adibit pericula: Quanq̄ varietatis causa hoc dicendi genere  
interdū orator vtetur. Illud autē placet vt cū in dicendo eo pro-  
uecti erimus: vt rebus de quibus loquimur satis a nobis factū sit  
⁊ aliquo egregio sensu oratio sit conclusa: q̄ non vltorius proueba-  
mur: ne gratia illa: quā benedicēdo nacti sumus: amplificatiōe ni-  
mis graui amittatur. In quod vitium pleriq̄ incidunt inscitia po-  
tius quadam aut negligentia: q̄ rerum dicendarū inopia. ¶ **Qua-**  
**dragesimumquintū** præceptū. Quod sicut in mediocri figura ma-  
gis conuenit rem prius rudem atq̄ inornatam afferre: dehinc ver-  
bis idoneis ⁊ grauioribus illā exornare: Ita i graui figura siue in  
laude siue in vituperio versetur oratio: ab ornato initium sumat.  
Exemplum primi vt Pompeius facile omniū romanorum tum  
armis tum consilio magnus clarissimq̄ fuit princeps. Exem-



plū secundū. Ut Omnium imperatorū in rebus pacis ac belli: mari  
terraq; gestis gloria. L. Cesar antecessit. ¶ Quadragesimū sextū  
preceptū. Quod in re leta verbis tristib⁹: aut in tristi verbis letis  
minime utamur. Vitiosum enim est cū in re funerea: similitudini/  
bus aut exēplis quib⁹ in voluptatib⁹ aut in delitijs utimur: nros  
affect⁹ amplificam⁹. Velut si quis in deploratiōe filij exemplū aife  
rat parentū: quoniā ex nuptijs filiorū ceterisq; rebus secūdis ma  
ximā conceperūt voluptatē. nā cōtrariorū compatiōe acerbioꝝ do  
lor insurgit. Cauendū ē etiā: ne in re tristi nimis lasciuat oratio:  
aut in re leta icultra sit ⁊ horrida. Nā vt in reb⁹ duris ille verborū  
exquisit⁹ apparat⁹ fugiend⁹ ē: ita in secūdis ac felicibus obseruatio  
diligēs est habēda. Satius enī est perturbata poti⁹ put doloris im/  
pet⁹ suadet q̄ limata nimis atq; expolita cōpositione uti. Nō eq̄/  
dē natura ipsa patit⁹: vt cū grani aliquo merore p̄sumur: verborū  
cōpositiōi vacare possit anim⁹. Vitat⁹ insup ista ab oratorib⁹ accura  
ta verborū cōpositio: qñ eloquentiā auditorib⁹ suspectā esse itelli  
gim⁹. iūc enī precepta cōpositiōis negligēda sunt: quod pro. Lelia  
Damici⁹ apber de industria fecit: nō iminādo orationē i verbū dū  
iquit. Apud iudicē p̄clitāt Lelia. Fugiēda quidē ē tenera nimis ac  
delicata modulādi voluptas nōnūq;. Si vero nostra oratio ad a/  
liquā cōcitatiōē animorū que sit vehemēs inclinabit cōmodissime  
in verbū aliquod finiet. magis enī auditorū animis si in verbū si/  
nit: oratio affigit. Caput autē omnium que ad elocutiōis precepta  
attinet id visum ē: vt oīa ad rerū de quib⁹ loquimur dignitatē ac/  
comodata sint. re te itaq; Pl̄ecenatis illa minime laudat cōposi/  
tio: cū inquit Sole ⁊ auroa rubēt plurima. Nā verba reb⁹: Nō res  
verbis accommodare solem⁹. ¶ Quadragesimū septimū preceptū.  
Qd̄ interdū post orationē ichoatā priusq; ad verbū principale pue/  
nit: interponat oīo imperfecta vim habēs parēthesis. Ut in hoc ex/  
emplo. Omnes qui ambitioni ⁊ glorię studēt (id quod ignorat ne  
mo) opinione magis q̄ re ducuntur: ⁊ his similia. vt Ego vero is

sum (ita me de<sup>o</sup> saluū velit si vere & nō fite loquo) is inquā sū q̄  
sacras litteras omni scripturarū generi lōge antepōnā. Itē Lega/  
lē tibi sapiētīā a teneris (vt aiūt) vnguiculis cui frequēs insudasti  
sūmope dedicasti. Item Quid enī tristius vt eos cōmemorare qui  
trias suas colūt? quid miserabilius q̄ domi suę agere? & ita agere:  
vt iocundiorē aliquando q̄ vitam mortem optes.

De Numero.



Nunc supēstet vt rationē numeroꝝ dicerem<sup>o</sup>: & hoc ti  
bi. xlvij. cōstituo i ordīe p̄ceptū: que quidē de nu/  
meris ratio apud Isocratē tāto studio vel inuēta vel  
aucta repperit: vt nullā ex ōnib<sup>o</sup> elocutiōis partib<sup>o</sup>  
huic anteponat. Sed cū huiuscemōi disciplinę p̄ce  
pta varia sint: nec latini auctores: vt Licero: Quintilian<sup>o</sup>: & Mar/  
cialis in hoc gręcorū doctrinā semp̄ secuti fuerint: & magna sit iter  
eos contētio: in hoc sūmbrias nō dilatabo meas. Sed illud scias ve  
lim: q̄ in hac p̄ceptiōe illud observare studem<sup>o</sup>: vt si in monasyl/  
labā terminat oratio: quod raro fit vbi perfectus sensus ab oratore  
seruat: cōsiderandū est vtrū ea lōga sit an breuis. Si lōga est: eam  
p̄ire troche<sup>o</sup> debz: qui duab<sup>o</sup> syllabis cōstat: lōga scz ac breui: vt i  
hoc Lic. exemplo. Legū in rempu. prima vox. Qd̄ si talis mona/  
syllaba dictio breuis fuerit: tūc recte Jamb<sup>o</sup> qui ē pes ex prima bre  
ui et vltima lōga constās: ante illā collocat. Sic ergo q̄n breuē bre  
uis syllaba: aut longā lōga antecedit: iure id reprehendit. Vt si di/  
cas. Ista res mea ē. Cū aut̄ bisyllabū in finē dictiōis collocat: ca/  
uendū ē ne quattuor breues i fine syllabę ponant. In quod vitium  
incidit qui ait. pdidi bona mea. Et plures alię a plurib<sup>o</sup> in mate/  
ria numeroꝝ ponunt doctrine. Sed certe referēda est ratio nume  
roꝝ: tū ad varios animoꝝ affectus: tū etiā ad dignitatē & modū  
sententiarū. Nā que iracūda est oratio breuiorib<sup>o</sup>: que vero leta ac  
iocūda longiorib<sup>o</sup> numeris gaudet. nōnihil etiā p̄sonarū dignitas  
causarūq; ac tempoꝝ varietas momenti affert. Sed quoniam ab

hac obseruatione sepius ac industria recedendū ē: vel grauitatis  
causa: vel vt varietate aliqua temperet oratio: splēdos ille nume/  
rozū intermittend⁹ est. Caput enī omnīū p̄ceptorū illud visum  
ē: vt rebus de quib⁹ dicendū est: ars quidem numeris seruiat ⁊ nō  
res arti: a qua ratione qui discedet omnis sane elocutiōis dignitatē  
p̄turbabit.

De Mōdo punctandi.

**R**ceptū. Quadragesimū nonū. circa modū punctā  
di orationes tibi trado. Sūt autē generales punctan  
di species apud modernos octo: videlicet Virgula re  
ta: vt sic. |. loco cui⁹ more p̄scozū exiguo p̄cto vt i/  
mur: sic • Virgula iacēs que sic ē / Virgula cōuexa  
que sic fit ( Planus q̄ sic ē. Semip̄ct⁹ q̄ sic fit • Interrogatiu⁹ q̄  
sic pingit ⁑. Coma qd̄ sic facim⁹ scōm imitatores p̄scozū oratozū:  
Periodus qui sic ē. ~ Virgula recta loco cui⁹ nunc punctū exiguū  
facim⁹ sit iter substātina vel adiectina: vel inē verba modi finiti vī  
infiniti: vel iter p̄positiōes quādo nulla ē copula: Ita tamē q̄ v/  
nū nō veniat ad determinationē alteri⁹: Sit etiā quādo oratio in/  
cipit a distinctiōe: que per se nō pōt assignari sequētī supposito ⁊  
verbo principali. tūc enī ante suppositū principalis verbi ponitur  
virgula recta vel punct⁹ exiguus. Jacēs vero virgula semp̄ debet i  
fine lineę situari: vbi dictio nō sit cōpleta: Unū illud animaduertē  
dū ē ne syllaba vnq̄ diuidat̄ in fine lineę: ita q̄ altera pars syllabę  
eiusdē sit i principio sequētis. Nā sicut syllaba vno spiritu ē indi/  
stanter p̄ferenda: ita etiā indiuisibiliter est situāda. Virgula autē  
cōuexa poni debet ⁊ i principio ⁊ i fine oratiōis qñ ponit̄ inter par  
tes orationis principales p̄ parenthesim. Coma vero fit post ora  
tionē que de se p̄fecta esse pōt. ceterū alia sibi annectit̄ imperfecta di  
stincta: incipiēs a relatiuo: mō quo suū antecedēs nō imediate p̄e  
cedat: quoniā nihil tūc poni debet. p̄terea si sequat̄ dū vel donec  
vel cū cōiunctio ⁊ sic de alijs: que impediūt verbū. Interrogatiu⁹  
duob⁹ pōt fieri modis. altero post imperfectā orationē cū puncto

exiguo sic! altero post perfectā sic? Planus vero punctus sit i fine orationis pfecte: tamen si victatoris animus ad sequentē vltiorēq; sententiā pendeat. Semipunctus autē fieri solet quoties propriū viri vel mulieris nomē ignorat. velut in suscriptionib; prelatorum sepe numero cōtingit. Periodus vero in fine toti oratiōis fieri debet: quādo nil aliud in ea materia sequitur. Sed est notandū qd si in eadē epistola diuersę scribuntur materię in fine cuiuslibet earū seruanda est periodus. Omnium horū exēpla oratiōe in sequenti subiiciuntur. Quoniam improborū indies magis inualefcit nequicia (nec mireris quia principes fauent sceleri) hinc nihil mirū est innocentes calcari: cū potentes trāseant impuniti. Quis enī potest esse modus facinorosi! languente iustitia in flagrate nequicia in virtutis locū sententia constituta? Nō itaq; ambigendū est spectabile et officiosum virum dominū .. Abbatem nostrū summo dolore confici.

*De Dignitate Elocutionis parte tertia et vltima*

**D**ignitas ornatā orationē et verborū et sententiā luce distinctā reddit. Sententiā autē exornatio est que de rebus ipsis dignitatē quandā comparat verborūq; ipsius sermonis ppolita continet gravitate. Quarū prima ephhebasus. i. verbi iteratio in octo partes distributa ē. in repetitionē: cōuersionem: cōplexionem: subiunctionē: traductionem: conduplicationem: gradationem et cōmutationem.

**R**epletio verborū principio iterat: vt Quis vehementer iustitia claruit: quis vehementer amorib; exarsit: quis belicā rapuit: quis igne ferroq; cadentē troiā deleuit. Alexander profecto qui parisi dicitur.

**C**ōuersione sine verborū repetit: vt Italiā hannibal armis vicit: ingenio vicit: dolis vicit.

**C**ōplexio principio et fine verborū iterat: vt Quis carbaginē deleuit: populus romanus: quis numantiā evertit: populus romanus: quis corinthū sustulit: populus romanus: quis socios

seruauit populus romanus: quante igitur virtutis extiterit qui et a/  
micos fouit et hostes perfregit considerate.

**T** Raductio eandem dictionem vage collocat: ut Qui nihil habet  
in vita iocundius vitæ: is cum virtute vitam non potest ducere.

**A**nduplicatio est vni<sup>9</sup> aut plurimorum iteratio cum ratione amplifica  
tionis: ut virtutem scipionis virtutem. et huius urbis gloriam commemorat.

**A**mmutatio est cum duæ diuersæ sententiæ ita effertur ut a priori poste  
riori priora priora perficiat: ut esse oportet ut vitas non vitæ ut edas.

**S** Radatio est que non ante ad consequens verbum descendit quam ad  
superius reuersum est: ut Nihil laudis et gloriæ nostris civibus reli  
quum est: si hostibus quod libet licet: et quod licet possunt: et quod possunt  
audent: et quod audent faciunt: et quod faciunt nobis molestum non est.

**S**ubiectio est cum quid aduersum nos aduersariosque nostros di  
ci potest querimus. et quod dici oportet sic subiicimus. Eum ne tu  
hominem appelles qui si fuisset homo: non sic vitam hominis insec  
taretur.

**S**unt relique exornationes septem: quibus non verba eadem  
sed verborum vis effertur: aut cathacretice verbum per ver  
bo ponitur. Earum prima Anagnominatio dicitur.

**A**gnominatio dissimilibus rebus similia verba acco  
modat: ut Deligere oportet quam velis diligere. Suffi  
cit enim per casuum mutationem quod ornatum orationi accomodat: ut Scipio  
numantiam sustulit: scipionis prudentia carthaginem evertit: Scipionem  
gloriam et laudem huic urbi comparasse commemorant.

**I**nterpellatio non iterat sed reintegrat verbum: ut Disgenia radicitus  
deiecit: muros solo adæquit: parietes huius urbis fudit evertit.

**N**ominatio est que minus idoneo verbo nominat id cuius no  
minis non recordatur: ut Disingire: hinnire: vagire: murmurare.

**P**ronominatio est que cognomine quodam extraneo dicit quod  
suo nomine appellari non debet: ut Si græcos apud grecos ne  
potes nomen.

**O**mnominatio est que a rebus propinquis et finitimis trahit orationis originem: que potest intelligi res non suo nomine appellata: ut pro libero vinum: pro cerere frugem: aut ebur aurum argentumque pro diuitijs.

**A**busio pro certo propinquo et simili abutitur: ut pro ozare: obsecrare: supplicare: ambire.

**T**ranslatio est cum verbum in quandam rem transferretur ex alia re quod similitudine recte videbitur posse fieri. ut Tumultus Italiae exprobravit. Sic breuitatis causa. ut urbem extinxit subito: Obscenitatis evitandae gratia. ut quotidianis nuptijs delectatur: Augendi cupiditate ut nullius urbis calamitas istius explere potuit inimicitias: Minuendi animo. ut paululum in rebus difficillimis aspiravit: Omnium ardore: ut quae malitia nocentum exaruerunt optimatum virtute revirescent.



Unc iam de tredecim exornationibus que simplices sine admixtione sententiarum et superioribus diuersis sunt. dicendum videtur Earum prima Articulus se nobis obtulit.

**A**rticulus singula verba cetera oratione distinguit: ut Armis cruore: cadaveribus: et luctu: omnia complentur.

**S**imiliter cadens similibus casibus orationem dissimilium interpositione exornat: ut Virtutem iugiter explorantem et assiduis curis extollentem collaudas.

**S**imiliter desinens verborum exitus similes dissimili medio habet: ut Vitis gloriose delinquit ambitiose.

**A**directio est que tollit quod dictum est et pro eo quod magis idoneum videtur reponit. sic Nisi hoc fecisset. imo excogitasset nullam suspicionem reiecisset.

**D**isunctio diuersa diuerso verbo concludit: ut Populus romanus nummantiam deleuit: cartbaginem sustulit: corinthum disijecit.

**C**onfusio: interpositioe verbi superiores partes cōplectit & inferiores: vt Forme dignitas & morbo deflorescit & vetusta /  
**A**dianctio: aut principio aut sine verbum collocat. te.

**A**bsolutū est quod sine coniunctione profertur: vt Clamoribus: vllulatus: luctu: gdes resonabant.

**A**rcutio: rem simplicem: assumpta circūscribit elocutione: vt Scipionis virtus cartbaginis opes perfregit.

**T**ransgressio ē que perturbat vboꝝ ordinē: vt Instabilis ī istū plurimū fortuna valuit: & hoc arbitroz fecisse tuo ī eū p aio.

**S**uplatio ē oratio augendi minnendive causa superās veritatem vt Sermo melle dulcior: corp<sup>9</sup> niveū: igneū ardorem.

**I**nlectio: est cū res tota parua de parte aut de toto pars cognoscit: vt Num ille te tibiꝝ nuptiales a scelere arcebāt & ostētas nisi diuitias tuas cū annulū mī ostentas & ambclans ab imis pulmonibus spiritus ducebatur.

**P**ermutatio est oꝝo aliud verbis aliud inia demōstrās. Sit a similitudine: vt Lupus ē ī fabula: aut p argumētū vt Gracchū: rursus nūmitore dicens: aut p contrariū vt cū prodigū & luxuriosum parcum & diligentem appellamus.

**R**eliquę exornationes multitudine verborū constant earum prima Ratiocinatio dicitur.

**R**atiocinatio ē cū ipsi a nobis rationem cuiusq; repositiois poscimus: vt In re militari & medica vt itidem se res habet: qd ita: quo enī dux & medicus antiquior eo melior credit: qd ita: vsu enī & cōsuetudine que victoriā & salutē parere cōsueverunt optime nouunt.

**S**entētia quid sit vel esse oporteat ī vita expositioe sola vel ratione & cōprobatioe etiam ostendit vt domat oia virtus.

**C**ontrariū alterā ex rebus cōtrarijs sic facile cōfirmat vt qui suis hostibus quomodo alienis consulat.

**C**embū res ē breuiter absoluta sine inie pfectioe ī alio me /

bro orationis excipiatur: vt Tuis dolor: alienis ludibrio: tibi ipsi  
dedecori eras: eiusdem sensus complexio periodus et continuatio ap  
pellatur: hec: sentencie contrario et conclusio tantu conuenit.

**A**mpar membra habz pari saltē quantitate syllabarū vt Audacia  
allexandro gloriā cōparauit Sapia platonī laudē vēdicauit.

**E**xclamatio ē que rerū ac psonarū cōmemoratiōe in significati  
onē doloris prūpit: sic. Si parietes nostri loq possēt vel redi  
nos patres nros itueremur dicūt urbē preclarā quā gētū dominā  
effecimus vos oppressam z subiectam red. disti.

**C**ontentio cōtrarijs sentētijs orationem conficit vt Virtus z  
litteraz studia difficiles aditus: exit<sup>o</sup> vero facilimos afferūt.

**O**cupatio ē cū dicim<sup>o</sup> nos pterire aut nō scire: aut nolle dice  
re id qd maxie dicim<sup>o</sup>: hac exornatiōe vtemur cū res plana fie  
ri nō pōt: vel ad nos nō p̄tinet: vel longā aut ignobilē rē effugere  
volum<sup>o</sup>: vt Non dicā te vrbis nrē hostē: oēs bonos isectari. Et qd  
ad te n̄ attinet p̄teribo tēplū te religiōis z vrbis h<sup>o</sup> caput euertisse

**P**ermisio ē cū dicēdo aliquā rē toti alicui<sup>o</sup> volūtati p̄donare  
videmur Cū p̄t animā nihil relictū sit: ca vti libet vtamini.

**O**bitatio ē cū q̄rere videt<sup>r</sup> orator. quid potius aut potissimū  
dicat: vt Quo te moribus tuis appellem nom. ne.


**O**ffinitio est que p̄prias alicuius cōplectū potestates vt Ira  
est motus animi ad coercēda peccata.

**T**ransitio ē que cū breuiter oñdat quod dictū sit paucis etiaz  
qd sequit<sup>r</sup> demōstrat: vt M̄cā in cesarē fidē cognouistis: nūc  
eius in me perfidiam accipite.

**A**xpeditio ē que rōnib<sup>o</sup> plurib<sup>o</sup> enumeratis quib<sup>o</sup> aliqua res  
fieri v̄l nō fieri potnerit ceterę tollūt vna relinquit: vt Si nec  
ab vxore que amore z pietate p̄pedita erat. nec a nepote q̄ umbel  
lis interfect<sup>o</sup> domi ē a crudelissimo liberto mors illata est.

**R**ecisio ē cū dictis aliqb<sup>o</sup> qd cōceptū ē in aio audietū relinq̄t  
vt Tu hec audes dicere: que nup aliene domui nō ausim dicē





Uinc iā de colorib<sup>9</sup> Iniarū dicere tempus simul z res  
pncipio a distributione sumpto cōmonere.

**D**istributio est cum res z psonę z negocia certa  
dispartiant: vt Quib<sup>9</sup> reipub. honor. cure est:  
premia virtuti: penas scelerī statutas rependite.

**L**ibentia est cū apud eos quos vereri debem<sup>9</sup> aliquid audacius  
proferim<sup>9</sup>: vt Qd̄ omnib<sup>9</sup> ludibrio estis nō ab re censeo equis  
simi p̄res (ceterū ne quē tñ offendam<sup>9</sup> statū subiūgim<sup>9</sup>) hic sapiētiā  
vestrā inquirō: audentiā reputo: fortitudinē recogito: virtutē meā  
mente voluto.

**O**mninuitio ē: cū aliqd̄ inesse nobis: nature: fortune: aut fame:  
industrie rōne leuam<sup>9</sup>: vt Lū sūma vigilantiā fortune cōmo  
da animiq; bona a parentib<sup>9</sup> mihi z nā ferme cōdonatā cōsequi z  
tueri studueri: mediocritē ex his ne nimium dixerim assecutus sum:

**O**scriptio ē que rerū cōsequentium cōtinet p̄spiciā z lucidā cū  
grauitate expositionē: vt Nī istū iudices capitis reū dānabi  
tis: vt fera z truculenta vrsa urbē ac cines vastabit: Quare iudices  
saluti omnium z honori vestro consulite. / hominis inasit.

**O**mnino ē que rē semonēs ab re vtrāq; absoluit orōne subiecta  
sic Aut veneno aut ferro ligno: aut lapidib<sup>9</sup> vel alia re vitā /

**R**equēratio ē cū res i tota cā disp̄se i vnū locū cogūt quo gra  
uior acrior z crūinosior orō sit: vt Lū hūc iudices cupitis li  
berare improb<sup>9</sup> ei petulās i festus impi<sup>9</sup>: supb<sup>9</sup> z intollerabilis est.

**A**xpolitio ē cū i eodē loco manem<sup>9</sup> z aliud atq; aliud dicē vide  
mur: Eandē enī rem aut de eadē cōmutādo pronūciādo vel  
tractandō dicimus: pro eadē re propositionem rationem compro  
bationem: contrariū: simile ac conclusionē asserimus.

**A**mmoratio est cū i loco firmissimo quo tota cā cōtinet imo  
rē diutius z i eodē redit sepius: qd̄ ē boni oratoris ppriū.

**S**imilitudo ē oratio traducēs ad rē quēpiā aliqd̄ ex re dispari  
simile. Sit aut p̄ p̄riū vt impio administrādo z palestri ludo

cōtrarie sese habet. Sit p negationē vt nō sic i amicitia vt i certamie  
currēdi: nou<sup>9</sup> veterib<sup>9</sup> p̄ponēd<sup>9</sup> ē. Itē sit p collationē vt poetice  
ferme compātionē sūt Sit p breuitatē vt cū audicissimī cuiusdā fa  
ctū reprehēdere oratoris nitimur breuib<sup>9</sup> ornatō sed inconcinno  
z malo cytharedo comparamus.

**A** Xenplū ē alicui<sup>9</sup> facti aut dicti cū certi auctoris noīe proposi  
tio: Jisdem quippe modis quibus similitudo sumitur.

**I**magō ē formę cū forma quadā similitudine collaudatio: lau  
dis: aut vitupatiōis cā facta vt Jbat i preliū corpe thauri va  
lidissimī impetu leonis: vituperij sic: Tanq̄ fera vrsa aut imanis  
draco per forum serpit.

**A**stictio ē cū facies corpis verbis describit<sup>r</sup> quoad satis sit itel  
ligendū: vt erecta frōte ludibūdis oculis aduncis narib<sup>9</sup> spar

**D**oratio ē cū alicuius natura certis describit<sup>r</sup> so ore gestit.  
signis: vtputa cum glorioſi militis iactantia cōmemoratur:

**S**ermocinatio est cum alicui sermo cum ratione dignitatis at  
tribuitur: quo senes parcitati z gravitati: loco z ludo iuue  
nes ac rerum profusioni dediti commemorantur:

**A**nonformatio est cum aliqua que non adest psona fingit<sup>r</sup> qua  
si alit vel res muta z infortis eloquens z hñs formā sit: vt  
Scipio si reuulſcat dicet: ego vrbī pacē pepi vos bella cōcitastis.

**D**emonstratio est cum ita res verbis exprimitur vt geri nego  
cium: z res ante oculos afferri videat<sup>r</sup>: vt Pila emittunt: sese  
vmbone contegūt: gladijs cominus certant.

**B**revitas est cum res tm̄ necessarijs verbis expedita dicitur  
vt principio huius operis habitum est.

**C**onclusio ē que breui argumētatiōe ex his q̄ antehabita sunt  
oñdit q̄ necessario cōsequat<sup>r</sup>. hoc mō habes a me Lyrille ce  
sar: que de ratiōe dicēdi coplā dignitatē z gravitatē cū laude: tibi  
cōparare potuerūt: si assidua exercitatione maioribus tuis parem  
in dicendo superiozemq; te reddi curabis.

Ars Tulliano more epistolandi Jacobi. P. ad Illustrissimū Prin-  
cipem Tarantinū Hispaniæ Ducem. Incipit Soeliciter.



Non me fugit Illustrissime Princeps  
quantū z oneris z insolentię existi-  
mationis (vt tibi morē gerere) hui⁹  
libelli editione in me verterim. Nō  
q̄ graniū atqz doctorū iudiciū per-  
parui: aut nullius nostrorū hominū  
auctoritatē fecerim: Sed vt p̄cipuis  
in me officijs: assiduisqz meritis: z  
nouę pietati tuę: animo saltē aliquā  
do tandem correspondere vidcer.

Quas ob res cum non nullos male  
potius de studijs meis sentire: q̄ parum erga te gratus videri  
maluerim: Noua hec litterarū p̄cepta: tuo nomini dicata: Jam iā  
conscribere incipiam. Si vnum hoc p̄posuero. artem sine assidua  
exercitatione: nihil aut paz opis afferre: vt curā: operam: vigilan-  
tiā: studiū deniqz: omniēqz diligentia: ab hui⁹ libelli p̄ceptis ad  
exercitationē deriuandam cognoscas. Diuersisqz inter se generū:  
Morborum curatorem: Aegritudinū propulsatorem: Accuratissi-  
mum: promptissimum: expertissimum: diligentissimūq; dicemus.  
Cui tales in litterarum tergo tituli tribuuntur. Berbaro vero-  
nensi: medicę artis professori: tam accuratissimo q̄ doctissimo. In  
fronte autem sic inchoandū erit. L. Johannes. lucilius. hippoda-  
mus helbronnenē Berbaro veronensi. humane salutis. modera-  
tori excellentissimo .S. Ad Philosophū Dialecticūq;

**P**hilosophū. Sophię virū. Nature exploratorē Causarū specu-  
latorē: Sapiētię amatorē: filiumq;: Sapiēntissimū: mode-  
rissimum: excellentissimū: grauissimū: speculatissimūq; dicemus.  
Cui tales in litterarū tergo tituli adiungunt. Antonio cornelio phi-  
losopho excellentissimo: nature exploratori nō minus accurato q̄  
excellētissimo. In fronte aut sic incipiem⁹. L. Johānes lucili⁹ hip-  
podamos helbrōnenē. Antonio cornelio philosopho integerrimo  
sapiēntissimoq; .S. Ad Mathematicum.

**M**athematicū Arithmeticę v' geometrię vel sideralis scientię  
p̄fessorē: Satorū: expositorē Diuini numinis cōsciū: Siderū

speculatorem. phactontei cursus exploratorem. Vel immobilis ma/  
gnitudinis meritorum. Vel discrete quantitatis supputatorem. A/  
cutissimū: subtilissimū: accuratissimū: prudentissimū: perspicacem  
diuinū sapientissimūq; dicemus. Cui tales in epistolarū tergo ti/  
tuli tribuuntur. Dominico bragadeno mathematicę artis professo  
ri non minus accuratissimō q̄ doctissimo. In fronte autem sic sa/  
lutamus. L. Johannes lucilius hippodamus helbronnensis Do/  
minico bragadeno sideralis scientię professori sapientissimo acu/  
tissimōq; Salutem. Ad Musicum Matemq;.

**M**usicum Matemq; eisdem ferme titulis decoramus. Celestis  
harmonię imitatorē appellantes. Pyeridum filiū. Musarū  
rū alumnū. Apollini sacratum. Thespiadū choro dicatū. hippo/  
crenidū choro sacratū. Pegasidū amicū. libetridū cultorē. Pegaseo  
liquore saturatū: lauro insignē: Pallida decoratū hedera: Pyreneo  
fonte potū. Castalię fontis domesticū. Parmissi fluminis nō igna/  
rū Lepbisi gurgitis nō expertem: heliconię rupis accolā: Parnasi  
nemoris exploratorem: Lyrrhei iugi nō alienū: Anij montis habi/  
tato ē: pbebei numinis interpretē: Testudince lyre moderatorem.  
Novennaz sororū decantatorē: Parnasię edis ciuē. Sacrū: diuinū  
elegantissimū: facundissimū: suauissimū: locudissimū: ornatissimū:  
canorum: sonorum: argutum: decentissimū: celebratissimū: expoli/  
tissimūq; dicemus. Cui in epistolaz tergo tales merito titulos tri/  
buemus. Johanni Musario philepbo. musarum cultori tam orna/  
tissimo q̄ eleganti. In fronte autē sic exordiemur. L. Johannes  
lucilius hippodamus helbronnensis. Johanni Musario philepbo  
pbebei numinis interpreti expolitissimo ornatissimoq; Salutē.

Ad Oratorem

**O**ratore Sorensiū causarū tutorē. latini eloquię moderatōrē.  
pedestris orōnis decus Patrię lingue vnicū splēdorē Reip.  
cōsultorē: Sanctarū legū asseueratorē: Lanorā vtutis tubā. Rho/  
manęq; lingue decus: Facundissimū: disertissimū: eloquentissimū:

elegantissimū: limatissimū: expolitissimū: ornatissimū: copiosissimū  
grauissimūq; appellabim<sup>9</sup>. Cui tales in epistolarū tergo tituli ad/  
ijcient. Benedicto brognolo oratori facidissimo rhomaneq; lin/  
gue moderatori disertissimo eloquentissimoq;. In fronte autem  
sic inchoabimus. L. Johannes lucilius hippodamus belbronnen  
sis Benedicto brognolo: pedestris orationis decori Salutem.

Ad Grammaticum.

**G**rammaticū: Reipub. literarię columnen. Latini sermonis  
exploratorē: humani studij principem. Litterarię disciplinę  
moderatozem: Auctoꝝ poetarūq; interpretem: humani codicis  
expolitorē: Latine originis exploratorē. humanissimū acuratissi/  
mum: disertissimū: ornatissimū: copiosissimū: doctissimūq; dice/  
mus: Cui tales i litarū tergo titulos dabim<sup>9</sup>. Francisco nigro vtri/  
usq; lingue moderatori tā humanissimo q̄ ornatissimo. In fron/  
te autē sic incipiemus. L. Jobānes lucilius hippodam<sup>9</sup> belbronū  
Francisco nigro litterarię disciplinę interpreti disertissimo acu/  
ratissimoq;. S.

Ad Scholasticū.

**S**cholasticum quenq;: De virtute bene meritū. Litterarię di/  
sciplinę dicatū. Vtriusq; virtutis floribus exornatum. litte/  
rarū haud expertē Bonarū artū studiosissimū. Eruditū In p̄mis  
doctū. Studiisq; decus humani dicemus. Cui tales in epistolarū  
tergo titulos tribuimus. Martino hippodamo vtriusq; virtutis  
tā studiosissimo q̄ acuratissimo. In frōte autē sic inchoādū erit. L.  
Jobānes lucili<sup>9</sup> hippodam<sup>9</sup> belbronū. Martino hippodamo lit/  
terarię disciplinę decori. S. Ad Lognatos.

**P**ater filiū vel nepotē charissimū: dulcissimū: piensissimū: di/  
lectissimū: lepidissimū: suavissimūq; appellat. Filius autē pa/  
trē vel patruū. honorandū: obseruadissimū: piensissimū: optimū:  
probissimū: humanissimū: venerādū colēdū q; dicit. Quib<sup>9</sup> tales i  
epistolarū tergo tituli tribuunt. Filius ad patrē Henrico hippo.  
belbronnensi viro patri suavissimo piensissimoq;: Vel pater ad

filium. L. Iohanni Lucilio Hippodamo Helbronnenſi filio chariſſimo ſuaviſſimoq; . In fronte autem ſic filius patrem ſalutat . L. Iohannes Lucili<sup>9</sup> Hippodam<sup>9</sup> Helbronnenſis Heinrico Hippodamo Helbronnenſi . viro patri tam humaniſſimo q̄ obſervandiſſimo Sa-  
lutē . vel p̄ ad filiū . Heinric<sup>9</sup> Hippodamus Helbronnenſi . vir . L. Iohanni Lucilio Hippodamo Helbronnenſi . filio tā piētiſſimo q̄ ſuaviſſimo .

Ad Foeminas

**F**oeminā . Caſtitaſtis decus . Pudicitie exemplū honeſtatiſq;  
ſpeculū : Pudiciſſimā : caſtiſſimā : integerrimā : honeſtiſſimā :  
primariāq; dicemus . Cui tales i epistoſularū tergo titulos aſſigna-  
mus . Lucretie : cornelie : foemine primarie : itegerrimeq; . In fronte  
autē ſic incipiem<sup>9</sup> . L. Iohannes Lucili<sup>9</sup> Hippodam<sup>9</sup> Helbronnenſi . Lu-  
cretie : cornelie : honeſtatiſ pudicitieq; exemplo Salutē : Illud au-  
tē ſciendū eſt q̄ foemine viroꝝ ſuorū titulis decorāde ſunt . Pro-  
inde ex ſuperiorib<sup>9</sup> ſecundū rei p̄ſoneq; exigentiā : nō tantū in hoc  
ſexu : verū & in altero : vir accuratiſſimus quiſq; ex ſe poterit conde-  
cetes titulos aſſignare .

**R**eliqua p̄ pauca erūt : que diuturno uſu : aſſiduaq; cōſuetudi-  
ne & maiorū auctoritate apte excogitate oporteat . Que tñ &  
rationi cōſentaneę : & hominū opioni cōm̄dere poterūt . Si p̄mo  
queq; legendo hoꝝ te p̄ceptoꝝ obſervatiſſimū reddē p̄curabis .  
Litterarū exitus his ſimilibuſq; verbis claudere uſitatiſſimū ē .

**V**ale decus ſeculi noſtri : ſis felix noſtriq; memor . Vale tibi  
q; p̄ſuadeas te mihi chariſſimū eſſe per quod tibi chariſ-  
ſimum eſt rogatus aucto . Vale meq; tibi commendatum babeas .  
Cura ut recte valeas . Da operā ut valeas . Recte vale & nos mu-  
tuo dilige . Valitudinē tuā cura diligenter bene vale . Vale felix :  
diuq; viuas : noſtriq; memor non diligas oro ſed amas . Vale mi-  
litie decus . huncq; nonū laudationū ac p̄ceptoꝝ libellū tuo no-  
mine conſcriptū commiſſū : charū : gratū & acceptū : nouitate ſaltem  
rei te habiturum Spero .

Vale Lector .

Jacobi Publici Florentini ars memorie feliciter incipit  
& primo prefatio.



Quid ab re fore arbitror: si preter ma/  
iorum consuetudinem: que plurimis se/  
culis e mortaliu vsu recessere in me/  
dium nunc luceq; referam. Na si men/  
tis acies animiq; vis. his terrenis ar/  
tibus destituta: intellectus admodum  
voluntatis & memorie lumine clarue/  
rit. hac tamen corporea mole contagio/  
ne & obscuro carcere mersa: nouis p/  
ceptis medicisq; artis adminiculis  
indigens est. Ut qd caduci fragilis/  
q; corpusculi coniunctione id luminis ei ademptum est: nouis pre/  
ceptis & exercitatione consueta luce pristinoq; iubar longelateq;  
splendescat. Non enim sibi solum ornamento verum etiam precla/  
ris studijs & bonis artibus honestamento: splendori & decori esse  
poterit. Hanc namq; facultatum omnium & artium diuino humanoq;  
studio dignam: communem uti parentem & fidissimam seruatricem: diuini  
& humani ingenij argumentum & gloriam: musarum matrem vates no/  
stri dixere. Huius sagacitate motu & celeritate qua cuncta ambit sen/  
tit & mouet motu sempiterno predata: diuine mentis vim intueri  
admirari & venerari licet. Que summa nos charitate complexa clin/  
gues multosq; (vt sabinum: caluinum) disertos cloquetisq; reddat.  
Ignarum tardum inmemoremq; bene memorem efficit. Que a na/  
turaq; voluit (vt Themistodi: biueq; metris senoni) meminisse: da/  
tum est artis exercitium & tardis memorie precepta comparauerit. Non  
enim tunc nobis (vt platonis sententia dicitur) nati sumus: sed no/  
stris patrie & posteris quo perbeati illi esse videntur qui summo in/  
genio predata non suis modo: sed minoribus & posteris memoriã

z desiderium sui reliquerunt. Quid enim preclarus quid gloria quod laude  
quod admiratio digni quod aiantia nature bonitate: ingenio antequam bo  
mines. non modo mortales sed naturam ipsam studio et vigilantia excelle  
re. Ceterum cum omnis huius preclarissime vel potius divine artis fructus in  
ordinis dispositione recoditos non ignorem dabitur opera ut de  
his probreue et quod absolutissime dicam. Nam et Symonide poetam huius  
ce rei auctorem dispositione et ordine memorie ratione principio exco  
gitasse copertum est. Cum apud scopam thessaliam cum in convivio discum  
bentem duo egregie forme iuvenes acciret. Quorum tandem evocatio  
defagitat dum ad fores genialis domus uti ratus erat non inuenisset.  
eos omni urbe vagus quereret: convivij interea domus in ruinam versa:  
miseranda convivas clade oppressit. Quos cum affines sepulchro man  
dare vellet: nec eos miserande mortis genere et molibus attritos co  
gnosceret: Divinus ille symonides que quisque dispoet et ordine locum  
sortitus fuerat tacite voluens: Liberos parentibus liberos dulcesque coniu  
gibus viros et matrum amplexibus ac lacrymis natos restituit. Cuius ex  
emplo illecti nos quoque ab ordine initium dicendi sumemus: Si pau  
cis prius de ingenita memorie vi differentes propriam eius pote  
statem complectemur.

#### Divisio memorie.

**R**edara omnem humani animi vim: prestantissimamque no  
stri corporis mentem in vertice veluti in arce sagax natura  
constituit: Ut sensibus finitima etherico celo propinquior  
et immortali deo vicinior: celum omne sidereaque plagam igneam  
vigorem et liquidum ethera liberi plusstraret. Misera ter  
ras et infra se positas urbes ut impiosa et severa moderatrix ab excel  
so despiceret. Et vim ac virtutem rerum gerendarum qualitate triplicem di  
xere. Memoria igitur ab intellectu et fantasia preclare illi quidem segre  
garunt. prius namque abditas nobis res harumque latitantem vim et nam in  
dagare et cognoscere quod meminisse datum est. hac vero absolutissimam hu  
mani ingenij vim in memoriam et reminiscenciam distinxere. Etque tri



indie distare animaduertūt vt opa volumini papīro & libro alte-  
rā: alterā sono p̄nunciatiōi & voca compararūt. Cōstantis ei men-  
tis absoluteq; p̄fectionis habitu: reminiscentiā & frequentā opati-  
onū actu memoriā pene diuinā p̄dicāt. Nos vtriusq; vim cōi vo-  
cabulo intexere cupiētes hāc mentis bipartitā cōmoditatē memo-  
rie tm̄ nomine nūc cōplexi sum⁹. Nō vt illorū auctoritati & sapien-  
tiē arroganter quicq; detrahām⁹ sed doctorū atq; grauiū latinoꝝ  
auctoritatē secuti: qđ ab illis bipartito traditū est: facili⁹ simplici⁹  
euoluam⁹. Mētis itaq; nostrē & memoriē cōmoda duplicia sūt: a-  
lia naturē. s. alia ab institutiōe artis profecta. Naturalis memoriē:  
vis quedā est nostris animis & cogitationib⁹ vt bñ meminisse pos-  
sim⁹ inuita. Hęc nō locis s; veris fictisq; imaginib⁹ indiget. Vni-  
cuiq; enī doctorū atq; grauiū sniam agere meminisse & intelligere  
cupiēti p̄sulto & meditato op⁹ est. Humanā q̄ppe naturā sensitua  
vt vehemētior ē: nulli⁹ corpē similitudinē adminicūo simplices res  
vel nō concipe vel mox cōceptas amittere certū est. Leterū cū me-  
moriam ipsa vel morbo vel gr̄ate cōfecta languescat: p̄ceptis medica-  
q; manu & exercitatiōe eius impedimēta propulsanda sunt. Pueri-  
tiē enim senectutiq; obliuionis & letargiē mati vsu & arte succurrē-  
dum platonē docuisse affer cōstantinus auctor est. Vt enim animi  
nostri bona: ingenij quoq; dotes a natura nobis concessas perfe-  
ctionem quandā consuetudine & exercitio percipere videmus. Sic  
memoria zli nihil cōmodi a natura sibi vendicari: arte tamen et  
vsu naturē cōmoda augeri & incōmoda cōminui leuari & retundi  
videm⁹. Ingis quippe vsus & diuturna consuetudo rerū magistra  
est. Ladu. e igitur fragiliq; naturē diuturna meditatione & assidua  
exercitatiōe occurrendum est. Ea veris cōmenticijsq; locis cōstat  
adiunctiōe litterisq; leuat imaginibus signis: figuris & insignijs  
augē: sed de his alias nunc ad ordinem: vnde digressi sumus re-  
uertamur.

*De ordine locorum.*



**M** in omni actione disciplina et arte modus re/  
rumque ordo et dispositio (ut in navali militari et rustica  
et publica re) summo adiumento mortalibus sit. Tu  
in hac tunc momenti et negotiorum habet ut omnia in/  
genio et memorie conferentia his sine umbra veluti  
obscuro carcere et alta caligine mersa longe a sensibus vaga et flui/  
tantia latitant. Non ab re igitur altius repetendum censuimus: ut omnis  
huiusce rei ratio et doctrina supra quam necesse videtur: exordiando hac  
luce clariores dilucescat. Ordo est recta rerum dispositio qua singula  
suum teneant locum. Hic rerum et verborum dicitur. Que enim digni/  
tate aut natura prestantiora verba dicuntur ceteris preferenda sunt  
Virgilius sexto Principio celum et terram caposque liquentes Lu/  
centemque globum lune titaneaque astra. Spiritus intus alit hinc bo/  
minum pecudumque genus viteque volantum. Sic viros et mulieres  
Victrici dextra subegit. Salustius in catilinam commemoratis viris  
qui in ea conspiratione fuere mulieres etiam aliquod affuisse sibi.  
inquit. Natura ut ortus et occasus: dies et nox Crispus Omnia ab  
ortu ad occasum domita armis parerent. A notioribus non impe/  
riti litterarum inchoant ut Urbis romae exterarumque gentium Va/  
lerius maximus: Et urbem romam sicuti ego accepi condidere atque  
habuere initio Troiani Salustius. Et urbem quam dicunt romam  
melibere putavi Virgilius. Finita infinitis. equale inequali. virtus  
vicis. certum incerto. fixum mobili. habitus privationi. et cecitati  
visus anteferatur. Contrariorum oppositio habitus et privationis  
normam sequetur: ut albedo habitus: nigredo privatio dicatur.  
Rerum ordo continuata est sententiarum progressio seriem di/  
stinctionemque servans. Ea est triplex continuatione partium oratio  
nis. et locorum. A validissimis enim et necessariis in diluendo inchoan/  
dam Varro docet. Soluite corda metum teneri secludite curas  
Res dura et regni novitas me talia cogunt moliri et late fides cu/  
stode tueri. E contra in confirmando agendum esse Sabinus quia/

tilianus & Marcus cicero asserunt. Partes item orationum ordi-  
nem suum exquirunt vt in oratorijs institutionibus docuim⁹. Lo-  
corum ordo est duplex sedium argumentorū & imaginum. Ordi-  
nem in argumentis per partes eorum & partium dispositionem  
exquiremus. Sedium ordo imaginum ratione est recta locorum  
series vel in corona conuertibilis eorum dispositio. Verum ordo  
in locis dispositio in partibus orationis vel imaginibus concer-  
nitur. Que si ad casum temporis vel insulse ab imperitis dispo-  
nuntur cognitu dura & memorata difficiliora erunt. Locorum lex  
preceptione qualitate: inuentione dissimilitudine. numero impres-  
sione: memorie corroboratione: imaginum abolitione: notatione  
exercitatione: ac ingenio conferentium & vi mentis cognitione: cō-  
menticissq; locis: plene perfecteq; constat. De quibus principio a  
preceptione ducto in hoc primo libro dicemus.

#### Locorum Preceptio.

**R**eceptio est recta agendi ratio qua nature comoda  
confirmata & ingenij bona aducta longe lateq; di-  
lucescant. Hic vt ne quid temere adiciamus .neu qd  
per incuriam obmittamus seruandum est. Quod ef-  
fugere qui volet huius artis obseruantissimus & pre-  
ceptorum curiosissimus indagator & seruator erit.

#### Locorum Qualitas.

**Q**ualitas est conditio certa locis inscripta vt medio-  
cri luce mediocriq; distantia: firma: imaginum capa-  
cia: ac solo in loco fixa: re aut nomine imaginum sa-  
tione correspondentia exactissime cogitentur. Aditus  
enī & reditus: peruagatio & frequens hominū con-  
cursatio cogitationē nostrā deludit: Extrema imaginatiue virtutis  
obesse rei militaris: oculorum & aurium argumento comperitū est.  
Littere enī nimium conculcate & syllabe nimium expresse vel com-  
presse labore nimio sensus menteq; affligunt. Medio igit modo

ac modestia ingenia excitentur. Ne nimium dilatata fusa ac vaga incerta anceps et ignara mens nostra fluctuet. A meridie igitur in septentrionem versa a decem in viginti passuum distantia: opaca: stabilia: deserto in loco: quinque pedum ambitu contenta sunt.

#### Inuentio locorum.



Comparandorum locorum triplex est ratio. Nam aut natura constituuntur: aut cuiusque ingenio excogitantur vel his composita conficiuntur. Natura constituta dicuntur que non ingenio excogitata: nec commentatione nostra efficta videntur. Ingenio comparantur que nostra sagacitate simulantur. Mixta dicuntur que cum natura et manu hominum tum calliditate constituuntur. Quod et expediens et conducibile magis atque magis esse arbitramur. Omnia enim a natura constituta reperire est impossibile: et fictis omnibus vti durum et periculosissimum ducio.

#### Dissimilitudo locorum.



Locorum similitudo morte magis evitanda est. Nam vti ea compositum ita hec coniunctum resoluit. Nil enim bonum facit: mentem animamque memorie imbecillitate humi deiecit tarditate et infamia aut sempiterna aut certe diuturna nos inficit. Quas ob res colore. opere et altitudine: figura: ac diversa materia cuitare poterimus. Vel si non locis optatis et arte comparatis lapidibus saltem: arboribus tumulis: aris monumentis birenibus: astris: insulis: navibus ac proclivibus pontibus varie effigentur.

#### Numerus locorum.



Eliguum iam esse videtur ut locorum legibus expositis infinita pene nobis loca: ordine: qualitate: luce: distantia mediocriusque spacio: deserto in loco stabilia ac dissimilia excogitemus. Ut si quod e memoria haud excidere sed diu impressum tenaciter inherere veli /

mus: et alia item memorie commendare studemus diuersis in locis affigamus. Est enim tum periculosum tum ridiculum duos eadem in re coheredes in solidum constituere. Quae qui sine labore multiplicare voluerit. Quadrati normam de quo secundo volumine agendum est, sequetur. Lentum etiam conficta animalia litterarum et alphabeti ordine exquiret ac unicuique figure quinque maxima difformia animalia accommodabit. Vel res aliquas animalibus commiscere poterit ut diuersitate hac firmitus memorie impressa inbe-reat. In quibus pro eorum magnitudine plurimas ac diuersas imaginum sedes pro sententia nostra statuere poterimus.

#### Impressio locorum.



Locos arte compactos diuturna meditatione et iugis exercitio memorie adeo imprimemus ut non aliter tenere colligere et memori er reddere quam quae nobis notissima sunt possumus. Distrabitur enim memoria atque omnis animi vis effeminatur si in colligendis imaginibus ordine et loco duntaxat vno aberrauerimus.

#### Corroboratio memorie.



De eam autem summo opere muniendam et vehementissimum laborem diffidentiam vel desperationem potius propulsandam. Non omnis in simul sed carptim dispositas imagines et ordine quinario numero distincta loca ordine et numero et imaginibus complebimus. Unamquamque vero quinquies nobiscum animo nostro reuoluemus mox omnia in simul tacite repetemus. Nouissime quinario progressu omni metu abacto memoriter reddemus. Reficitur enim memoria et laboris pars maxima detrahatur si non vno spiritu locis mandata indistincte explicabimus. Sed veluti asperum a iuga arduosque saltus superantes aut molles rebelles quoque etate pueros inscriptis lapidibus spacijs: muneribus: blandicijs

ac breuis itineris exactum spaciū: respicientes. Vt sententiaq; adeo  
bis affirmabimus vt nec ab ordine nec ab re cadere posse persua/  
sum nobis habeamus.

### Imaginum abolitio.



**N**o diuturno iugiq; labore locorum indagine nouo /  
rum mentem animūq; conficiamus. Consertos iam  
notis: nouarum rerum adiunctione confundemus.  
vt inde memorie. hinc obliuioni succurrere possim⁹  
temporum interdum curricula priora queq; obscu  
rari debilitari ⁊ refringi sinemus. aut veluti e sedibus procella etiā  
aduersa tempestate eijecta. vacuas iam domus factas mentem in/  
ducemus.

### Locorum Notatio



**L**ocorum nota duplex est: numerorum altera: altera  
rerum. Numeri signum dicitur numerus quinto /  
quoq; inscriptus: ⁊ hic aut arithmetica figura vel  
reali notatur: Falx quippe manus aut pes quintū .  
Lrux decimū Sēminata vigesimū significabit Ne /  
rum hermippus loca singula notanda cōmemorat vt ad eum cum  
veneris rem locum ⁊ loci numerum teneas. Nec tantum re verum  
etiam numero cōmemorato memoriam facilius exercere valeamus  
Albertus decimūqueq; Sabius quintilianus ⁊ marcus cicero quin  
tumqueq; notandum cōmemorant. Rerum nota dicitur rerū ad/  
ditio locis inserta. Cum enim superioribus legibus locus carebit:  
ne mentem tardam efficiat re aliqua muniatur. Si enī vastus mo/  
bilis aut nimium lucidus videbitur exedra. clauo ⁊ testudine con/  
firmabimus.

### Exercitatio locorum



**C**um vsus ⁊ cōsuetudo doctrine ⁊ artis magistra vi  
catur: de ea dicendum censuimus. Infirma est enī  
huius artis preceptio nisi industria vigilantia exer/  
citatione comprobet. Est aut exercitatio assidua ⁊ /  
sus cōtinuaq; memorandi consuetudo. Ea ē duplex

nature scilicet et artis. Nature vis non locis: sed signis nonnunquam  
vritur. Artis opus locis compositis et imaginibus inicitur: hec dem-  
ptis locis itidem tractat. Cum enim meminisse cupis. Bis cursim  
lectitando textum percurres: ordinem deinde ipsum struemus: sen-  
tentiam cuiuscumque membri mox indagabimus: Nouissime omnium  
sententiam vna complexi mediocri sono et murmure vocis adaucto  
memorie et locis facile commendabimus: si que de memorie corro-  
boratione precepta sunt seruabimus. Loca diuturna meditatione  
nobiscum exactissime repetemus. Signa et imagines si memorie cele-  
ritate nomen et tenacitate cupimus litterarum ordine conscribemus.  
Ceterum si quando res locis commendate memoriam nostram sub-  
terfugient vel inobseruantia preceptorum vel naturalis memorie  
aduersa valitudine et impotentia nobis accidere exploratissimum et  
certissimum habeamus. Impossibile est quippe huius artis obser-  
uantissimi memoriam falli.

#### Ingenio conferentia.

**S**abinus Itacensis qui hippocratis libros comenta-  
tus est mentis et memorie sedem tripliciter distinxit.  
Inter puppim enim et prozam pincam mediam fecit: que  
cum memoria quippiam repetere instamus patefa-  
cta a proza ad puppim spiritui animali aditum pre-  
stat. hinc proclum medicine artis professorem dixisse commemorant  
ventriculum puppis nobiliozem. Nunquam enim ad eum animalis spi-  
ritus nisi serenus lucidus et clarus pertransit. hic frigiditate immo-  
dica obtusus memoriam nostram ebetem et languidam reddit. Fri-  
giditas vero humiditatem vel siccitatem sibi accipere videtur: Ple-  
runque simplex frigiditas cum humiditate coniuncta letargum: cum  
siccitate insomnia et vigilias immodicas ut in pueris et senibus pa-  
tet. hinc diuinus ille plato: senectutem letargie matrem appellat.  
Aristarcus pueros et senes facile in morbos: oblivione et mortem  
delabi commemorat. Ad que propulsanda hec humane salutis conse-

rentia excogitarunt exercitium balneum: potū: cibum: coitū e: mo /  
deratum somnum. Spiritus enim z naturalis calor segnicie z ve /  
cordia z turpi ocio consopiti. Exercitio ante cibū a sensibus reuo /  
candi z excitandi sunt: balneis cibo z potu ab exercitio remittendi  
z relaxandi sunt. Tristitia nonnunq̄ voluptate propulsanda ē coi /  
tu leticia reuocanda. Insomnia z immodicus somnus nocturno  
moderatoq; sopore releuanda sunt. V̄ Meridianus autem somnus  
(nō consuetis preserti) euitandus est. Quod si diuturna consue /  
tudine dormiendū existimabis pedib⁹ coreo nudis somnū capies.  
V̄ Ebris enī sopore z alto somno solutis. Ad oculos z cerebrū no /  
cuos pedū vapores corei densitas reflectit Caput mediocri p tem /  
poris ratiōe pannis cōtectū seruabis. Ut enī imensa frigiditas sic  
immodica caliditas mentē stupore obtundit. Resupinā dormitionē  
renes supra bouū equūq; calefacientē vt mētis nostre infestissimā  
hostē vitabimus: Ea enī muliebri animo gratissima nocturnisq;  
elusionibus z pollutionibus apta. In latus faciēq; viros quietem  
carpere admonet. Ante lucem surgere z philosophię z sanitati con /  
ferre. Stragiritēs auctor est. loco tamē z temporis inseruendū es /  
se Socrates edocet: Phisicę z medicę artis professores testāt. Le /  
li igitur regione infecta solis conspectum cubantes operire prestā /  
bit. Lum vero niue concreta aqua z caua pruina terra obducta erit  
Frigiditatem omnē a nobis propulsandā; veluti letargię z memo /  
rię pestem meminimus. Haud procul igitur ab igne rerum cali /  
darum z odoriferarum corpora amicientur. Vel in preclusa cellu /  
la ab aere z vento seclusa nos continebimus. V̄ Jeatus omnes cor /  
poris purgabimus: spiritus z sensus excreatu z motu excitabimus  
Eburneo inde pectine p̄duro asperoq; panno caput confricabi /  
mus. Tum manibus z facie lotis sex vvas passas z totidem iuni /  
peri baccas degustabimus. Tum demum leni exercitio naturali ca /  
lore excitato sine gentaculo tempestiuū prandiū maturabimus. Lu /  
ius primo ad stomachū mundandū appetitūq; excitandū rebus



subacetosis: finem dulcibus utemur. Leuioza primo vina vel aqua mixta apponatur, ne venę hiantes vini uehementia sanguinē extrahant. Libarijs calidis et siccis hoc ordine utendū est, ut elixis exempla fame allatis prandio (preter hispanoz consuetudinē) finem faciamus. Rebus naturaliter vel artificio stipticis os stomachi claudemus: ne fumositas e stomachi cibi ebullitione euaporans mentē et ingenium obscurans somnū excitet. Natura vero stiptica: mala cotoneū: pīromi mespilū sorbe. Artificio nutes thasię prenestinę basilicę inglandes molustę: auellaneę: pineę caniothe: assateq; castaneę ficus et bauicę ac preparatū coriandrū dicunt. A frigidis et humidis cibarijs et cerebro medullis petasone et aratorio et vetusto bone abstinendū duces. Res acutas et fumosas ut raphanū alleū cepe portū nisi igne digestū ut memorię hostē propulsabis. Caput et pedes cū decoctione aque in qua mellissa laurifolia feniculi et camomille canne ferouerint mundissimos seruabis. Ab imodico coitu pitagoreoz sententia abstinebis. Noxios odores cerebrū ledentes cui tabis Aromaticas res veluti ingenio conferetes nobis gratas charas habemus. Exercitationē nocturno crepusculo pictagoriorum more celebratam maximo adiumento memorię mortaliq; menti et ingenio esse pernosces. Arnaldus et tiberides linguā vppupe sup obliuiosum impositā memoriā restaurare asserūt. Vntis obtusio sinappi piperis castoreiq; sternutatiōe Origani staphisagire ac radicis capparis mastitione leuatur Cathaplasma antitodum vntiones: pillulas sane mentis medicis relinquendas nō iniuria pibent. Sternutamentū e felle gruis et oleo sambuco letargicū sanare. Constantinus asser auctor est. Sauditum moderatum moderataq; oblectatio memorię plurimum opis affert. Democritus archigenes: alexander: peripatheticusq; andromicus plurima menti conferentia monumentis litterarum tradidere que litteris comendare nō grauarer nisi industria et consilio probati medici indigere cognoscerent.

### Cognitio mentis.



Entis nostre vim ingenij & diuturnam memorie tenacitatem veluti prefixum mentis terminum nosse oportunū est: ad quē cum ventū fuerit quę firmiter impressa tenere cupimus iugiter memoria repetemus. Non enim naturam artificio nec arte nature prestare exploratissimum habemus. Nam & quę naturali memoria percepimus & ea quę arte memorie commendamus nisi prefixo spatio repetita fuerint fluxa veluti & caduca excident.

### Commenticia loca:



Non nihil opis comenticia etiā loca afferre vsu competentum est: Si distincto ordine sedium ratione excogitata erunt. ne fulgida splendescāt vel obscura opacitate obtecta proisus latitent. Sed distincta & clara vt sequenti figura euidentis est. Locorum multitudinē apertam nobis prebeant. Letrum quoniam de ordine lege preceptione qualitate inuentione dissimilitudine numero. locorum impressione: memorie corroboratioe: abolitione: exercitatione: ingenio conferentium & comenticiozum locorum cognitione dicentes. Satis huius primi libelli magnitudo creuit: comodius reliquis de rebus in sequenti volumine dicendum censuimus.

Jacobi Publicij Rea'ium litterarū ceterarū quoq; figurarū.  
Liber secundus.






Magnam nobis immensam et pene diuinam cōno-  
ditatem rerum et litterarū adiunctionem afferre pe-  
riculo iam compertum est. Cum autē imago in ho-  
mine: aut obliqua linea sensum ducta: aut littera p  
orbis cardinibus versa novas primis adijciat figu-  
ras. Vel cū res integre tractim ducte cōminuteq; per scribendarū  
partium additamentum nobis suppediabant. Sagaci enim exqui-  
sitaq; arte verse diuise tracte et adiuncte litteras litteris connectēt  
exitum rerum aperient atq; significabunt. Si enim ad solis ortum  
terre centrum litteram vertes. B. ad occasum vel celum. L. ad diē  
medium. D. ad septētrionem. S. sibi iungit vocalis. Consona co-  
dem ordine seruato. vocales liquidaq; annectet. Caput obliqua  
linea circūductū variabimus figura quadrati. Divide per al-  
tum. s. longūq; per. r. L. r. u. x. t. distinguit. l. m. n. corona variabit.  
Complices identidē V. J. edia diuersa ac varia singes Argolicos en-  
ses hiberaq; tela. Diuersarū quoq; nationū et gentiū littere velu-  
ti noue nobis et ignote figure cum plurimum mentem in recorda-  
tionē excitant. Græcas hinc litteras hic subijcere consilium fuit vt  
diuersarum figurarum ratione mentem facilius leuare possimus.



α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ υ χ φ ψ ω











cm  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21



cm  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19









Figura locorum fictorum: cui res alię cõsimiles p centu locis ingenio cuiuslibet comparari facillimũ erit



cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21



Jacobi Publici imaginum liber tertius et ultimus.



Ubi locorum coniunctionisq; et litterarum ratione superioribus libris aperuerimus: reliquū est e videtur ut de imaginibus hoc tertio libro discramus. Simplices enim spiritualesq; intentiones nulla corporea similitudine adiutę et memoria q̄p̄riū elabunt. Eam nos imagine signis insignisq; commoditatem nobis comparabim⁹. Est autem imago formę cum forma figure signi vel insignij similitudine quadā collatio. Hęc ridiculi motus: mirabilis gestus: truci crudelisq; vultus: stuporis iusticie et seueritatis plena esse debēt. Magna quippe incredibilia: multa: noua rara inaudita: flebilis: egregia: turpia: singularia: ac puenusta mēti et memorię nostrę ac recordationi plurimū conferunt. Vehementius enī humanos sensus humanāq; mentem extrema q̄ media excitant. Eius rei ratio multiplex est. Signum enī duodecim partibus resoluitur. Quarū prima Efficacio dicitur. Ea est cum corporis facies certis describitur signis. Ut sic senem hic arūis gratia effingamus. Tremulum incuruū: gementē: labijs dimissis in cano nictato iam mucidū nasum tergentem. Contrario leta iuuentus excogitabitur. Corporis nostri pulchritudo et seditas sic indagabitur. Ut Colli longitudo capillorum digitorum et totius corporis proceritas admirationē nobis et stuporem prestant. Naris oris: aurium: mamillarum ventris pedūq; breuitas his ornamentum prestant. si qua latent meliora putes Frontis oculorum pectorisq; amplitudo et dignitas eis honestamento accedat. vox sexui correspondeat. Collum et teretes digiti venustatem et longiora brachia dignitates afferunt. His rubicundule maxille et ora vernantia rosę: puniceaq; labia addantur. Manuum pectoris: colli et oris candor: supercilij oculorum: torquis et vestium nigredo: modestus incessus preclara fama et prestans virtus. his corporis bonis addatur.

hinc affer poeta virginē vituperans Ruffam cefiam: sparfo ore:  
aduncis manibus contemnit. His fimilibusq; commentationibus  
latentes rerū imagines latentiaq; figna iugi exercitatione nobis  
vendicabimus.

**A**ccedit fecunda figni fpecies nobis quoq; Notatio. Qua na/  
turales affectus in medium afferimus. Sic enim cuiusq; eta/  
tis & animalis cuiusq; paffiones evoluamus. Voracem lupum: ti/  
midas dāmas timidofq; lepores: caprasq; fugaces. leta iuuet<sup>r</sup>: tri/  
ftis fenectus: prodiga adolefcentia: auariffimę mulieres: liberales  
viri dicuntur. huic rei diffinitionum ratio plurimum opitulabi/  
tur. nec minus poetę descriptiones. Si quis autem famis qualita/  
tem ignorat hos per pauculos nafonis verfus lectitet. Quęftam/  
q; famam lapidofa inuenit in agro. vnguib; & ratis vellentez ra/  
dicibus herbas. Dura curis per quā fpectari vifcera poffunt. Offa  
fub incuruis extabunt arida lumbis. Ventris erat pro ventre lo/  
cus pēdere putares. Pectus & a spine tantūmodo crate teneri. Au/  
xerat articulos macies genuūq; tumebat. Orbis & immodico pro/  
dibant cunę tubere tali. Quod fi quę fame imago latitat. Virgiliū  
quarto gneidū & Ouidium octauo lectitet. Eam pedibus celerem  
& pernicious alis. Lui quot funt corpore plume. tot vigiles oculis  
tot lingue totidem ora fonant. tot furrigit aures. Inuidia infelix.  
fic a Nafone defcribitur. et Luuiant rubigine dentes. vipperas ex/  
odit carnes. Nufq; recta fit oculorum acies. rifus abeft nifi quem a/  
lij fecere merendo. Somnij effigiem egregię excogitauit. Domum  
enim ei obfcūrā confecit a qua latratus omnis canum vigil quo/  
q; ales abeft: decurfus fonusq; aquarū rancus papauera & lectus  
ex ebeno compactus: ipfū deum procumbentem ad fomnum in/  
citant. Quibus rebus fepe latitantia figna horum exemplo excogi/  
tare & adinuenire facile poterimus.

**E**tymologie cognitio plurimum inquirendis imaginibus et signis confert. Philippus si imaginem suam dare nobis prebeat etymologie et nominis sui ductu similitudine facile accommodabit. A philos enim. i. amor et hippos equus ductum habet hoc est amator equorum. Hieronymus sancta lex Jacobus colluctator interpretatur. Frons a foraminibus: Oculus ab oculendo ab iniurijs ductum habere Varro asserit. Calamitas ab excussione calamarum. Mulier a mollicie: Semina ab abstrusa sui corporis parte. unde et feminalia dicta sunt. Vir a virtute. Homo ab humo (quod etiam antiquorum theologia promethei ratione comprobatur) origine dicitur Pauper rebus suis contentus non est. Miser nihil habet. Egestas eorum est que opes suas sine ratione gesserunt. Penuria quod nos pene urat. Inops omni opere caret. E conuerso Pecuniosus pecoribus. Locuples locis: diues pecunijs: Opulentus operibus affluit. Felix seculo sidere natus ad que constellatione bona proueneret. Beatus beatitudine et diuina prouidentia auctus. Fortunatus casu et fortuna bonis aduictus. Qua de re dicere non grauaremur nisi alio libro deducto a nobis dictum esset.

**N**on nihil etiam ad hanc rem opis onomatopoeia nobis affert id est cognitio verbi e sono vocis ducta. Sic cinnis tarantara dixit. Equi bynnitas. mugitusque boum, balantiusque gregem. Strix nocturna et versperilio strident. Bobitus apium. gausgruit. crastinat cornus. tu cornu voce notatur. Barritus a barro. Ululant ulule. pipant accipitres. et alia que plurima sunt: usu et consuetudine vocis sonitu imagines prebeant.

**R**erum effectus nonnunquam notare et colligere preclarum est. Cuius ope plurima mentetenus commendare valeamus. Sic mensium nomina colligemus ut Martem bello deditum Aprilis mensi omnia aperiantur: pullulent et gemmas explicent flores et vires. Maius floribus redundabat. Junius herbis et frondibus.

Hinc Virgilius. Tunc somni dulces densq; in montibus umbrę  
omnia nunc florent Julius segetibus ornetur. Hinc Ovidius Sta  
bat nuda estas & spicea ferta gerebat. Augusto omnes adhuc fru  
ctus accrescunt. September dulces habet vvas dulcesq; affert fru  
ctus. October sorbes & nespulas. November oleę baccas cruenta  
q; mirte fructus colligit. Ianuarius bifrons preterita futuraq; cõ  
cernit. Februarus a februo & platone florens ver reuocat. Sic die  
rum ratione exquirimus. Solis enim dies corona duodecim gem  
marum notabitur vel alchimistarum vocabulis exquiritur: Domi  
nico enim die aurum. lunę argentum. marti ferrum. mercurio ar  
gentum viuum Joui stannum veneri es. saturno plumbum ap  
plicauere.

**S**ua cuiusq; artis arma & instrumenta officia auctores distin  
guere poterunt vt Pila romanos. Sarissas macedones. Pel  
ta hyberos. Sic etiam cuiusq; officine arma suos opifices osten  
dent. vt Vltola subuncula. onoferum olera rastro. & que bis simi  
lia sunt.

**A**dem actu excogitabimus longeq; melius motu parte cor  
poris indagare poterimus. Singulas enim corporis partes  
nominibus dedicarunt. Pedũ eni articulos saltu & velocitati: ge  
nua misericordię: digitos pectine iunctos dolori. Caput impositũ  
vel reiectum in pectus concessioni. In cervicem versum negatiõ.  
In humerũ deiectũ hippocrisi. Terga fuge Quieti & ocio nates.  
Lapilli diuicijs. vngues crudelitati. dentes discordię digitos mi  
nerũ. Frontem superbie: aures memorię dedicarunt.

**O**ppositum sepe numero ad memoriam reficiendam spectat vt  
testudo pro velocitate: egrorum & valitudinariũ pro bene sa  
no & plurima que per ironiam proferuntur.

**A**cidens & proprium subiecto notabit. Vt nigredo in mau  
ro. fuscedo in arabis. rubedo in dalmatis. Albedo in gallias



Risibile in homine: hinnibile in equo. barritus in elephante de /  
monstrabitur.

**Q**uæque cognitio reminiscentiã creare in nobis solet. Surti eni  
causam auariciã dicimus. Unde egregius vates versib<sup>9</sup> me /  
morie præcepta complexus inquit. Causa vel oppositam simul in /  
strumenta vel actus. Consimilis facient te meminisse rei.

**S**imixtam substantiaz memorare cupis. epigramata: aut soe  
cies resoluta enodabit. Centauros enim & chimeram. species  
nobis facile euoluent.



**C**um prima huius libelli pars prope modum a no /  
bis absoluta sit: iam ad figurã deueniendũ esse pu /  
tauimus. Ut enim signum cognitionis semine (pal /  
lore albedine rubedine) lese conscientie indicia osten /  
dit. sic figura rerũ realium formã imaginẽq; indica /  
bit. Cuius ope facile carmine conclusæ res aperientur. Hinc nõ in /  
iuria capillum iuriconsultum omnis humani iuris rubricas per /  
pauculis versibus complexum memorie cõmendasse accepi. Di /  
uisione rerũ: litterarũ & syllabarũ cõuersione latitantes figuras inda /  
gabimus: sic rebus suber. nabo bona laudabilis lauda bili infecta.  
nemus sumen referet. Litterarum adiunctione cõminuotione: de /  
tractione & alter. adiunctione memoria excitabitur. vt istam ipsam  
mipsam eni detrahendo primæ parti. m. & iungendo sequenti sa /  
ciemus Prima autem melius litterarum paucitate conscribitur sic  
H. significat ista. Exitum vel principium aut vtrũq; verbis simile  
exquiremus vt innocentes ignoscentes. Res sensitua ad sensum  
referatur. Ut visus: auditus: odoratus: quod si aspectus olfactus  
dixero sensu cõmutato distinguam: vt sineq; capelle promostide.  
Eadẽ itẽ esse poterit lra licet snia diuersa aut varia sit Vir. nõ igna  
ra mali miseris succurrẽ disco: i ara mali pomi vl naual ligni ima  
go sit nihil refert. Verba noie sepe referũt & ecõuerso vt disco amo

Aduerbiū itidem ēt eodam loco quondam. Unica littera plu-  
res referre perpulchrum est vt quodcumq;. **A.** perfolia ea parte cor-  
poris locetur nomen verbumq; variat vt in hac figura patebit.

Eiusdē nominis realis figura memorię q̄ plurimū cōfert maxieq;  
si ita voci det̄ vt eius dictiois vocē quā memorię cōmendare cupi-  
mus expressum extitit vt meles sepe: qđ si fieri neq̄t ad alia diuer-  
tamus. In sensu z nō i significatione equiuoca indagabimus. vt  
Sistrum canis sepe arma z que his similia noverimus.



Uperest vt de q̄rta hui⁹ extremi voluminis iā par-  
te dicam⁹. Insignia enī cuiusq; rei propriū vocabu-  
lum exquisitū referūt. Ea tripartita sūt rerū. s. perso-  
narū z locorū: vera z ficta dicunt̄. Personarū sūt hec/  
Imperatoris trigona: corona regis. p̄toris z p̄se-  
cti sceptrū. consulū fasces. z securis. Sūmi pontificis tyara: cardī-  
naliū p̄b̄c̄nicus pileus. ep̄scopoz mitra. aurea calcaria militarē  
dignitatē. aurei annuli. z oneq; margaritę z gēme medicū. vnde nō  
iniuria a poeta dictū arbitror. It galienus eques gēmis oneratus  
z auro Plato secū peditē trahit Aristotelē. Leomarcus. aquila Jo-  
hānes. vitulus luce. angelus marbei. cathene leonardi. pectines ba-  
siliij. pellis bartolomei. clauis Petri. retia Andree. codeq; z gale-  
rus Jacobi. Porcellus lacteus Antonij insignia refert.

**L**ocorū dicunt̄ cuiuscūq; loci priuata bona: hinc Virgi. primo  
georgicorū. hic se cres illic veniūt felicitas vne Arborei fetus  
Alibi. Atq; missa virescūt gramina. Nōne vides croceos etyino-

lus odores. India mittit ebur Molles sua thura sabei. At calibes  
nudi ferrū: virosa ponti? castorea: Eliadū palmes: z epyrus equarū  
Sic caudā zagarū: florentia pupurā. Valentia risu: mittens suo  
propriosq; bono venotabitur.

**R**erum insignia sūt. ensis iusticie. equitatis libra. herculea cla  
ua fortitudinis: geometrie circinnū. astrolabiū astrologie. Et  
ea que supra de partibus nostri corporis cōmemorauim? vt Dis/  
cordie dentes: memorie autem: apposita manus fronti z oculis  
obliuionis digitorū z vnguiū mordicatio: z que bis similia sunt:  
Sunt nōnulla que zsi similia sunt tamen suū auctore sequuntur vt  
funda baleares: arcus anglicos: balista hispanos. Sūt que p com/  
parationem trabuntur vt pauperior Lodo: ditior Lrallo: pul/  
chrior Narcisso.



Aliquum est vt de ea memorie parte dicamus que  
oratorum propria est id est de sententijs: z que his  
congruunt. Est autē sententia non ea quam vulgus  
indoctorum credit. sed ea que plurima conscripta  
perpaucis bene viuendi rationem explicat: In qua  
genus. locus. tempus. persona z sententie vis distincte notantur  
Eandem rationem silogismi z argumenta sibi vendicabunt. veruz  
hic medium vel maiorem extremitatem z minorem locis collocabi  
mus. habitis enim premissis intellectus ex sese infert conclusio/  
nem que non colligitur nisi ex maiori z minori extremitate. Vt se/  
dium autem in proposito causam conclusionis illatē dicunt in qua  
virtualiter effectus includitur. Nunc iam de his que animum oble  
ctant: ingenium acunt: z memorie bene sane signa exprimūt vi/  
camus. De quibus tabulam dupliciter depictam in medium af/  
feram vt facilior exitus huic operi octur. Labor omnibus detraha  
tur z iocundam cum laude fructum auditores nostri inde conse/  
qui valeant.




Interrex Eques Vir con Rex Regna Vir con Eques Interrex  
 aurat<sup>9</sup> sularis sularis aurat<sup>9</sup>  
 Colon<sup>9</sup> Faber Scriptor Thesaurari<sup>9</sup> Medicus Laupo Tcolonari<sup>9</sup>  
 Infos



Que ad consumatū spectant oratorum antiquo rhetorū gymna-  
 sio: dicendi: scribendiq; rationes: nec non et aptus optimo cuiq; vi-  
 ro titulus: memorię quoq; modus puerilis: Jacobi publicij Floren-  
 tini lucubratione in lucem editus foelicium numine explicita sunt.



Exbards rzdolt augusten is . 1482. pridie calen. decembris  
 impressit Venetijs.



16

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

cm  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21

28

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

